COMPENDIVM
OMNIVM ORDINATIONVM FACTARVM PER SENATVM EXCELLENTISSIMVM MEDIOLANI
ANNO M.D.XCVIII. ET M.D.XCIX.

Ad relationẽ AEgregii D. Capitanei Iuſtitiæ, & eius Vicarii.



MEDIOLANI,

Apud Franciſcum Paganellum.

AD

ILLVSTRISS. ET EXCELL.

IOANNEM. FERNANDÆVM. VELASCHIVM

CASTELLAE.CONNEST.FRIAE.DVCEM. MED.GVBER.

ATQ. PRO. POTENTISS. HISP. REGE

IN. ITALIA. L. T. ET. CAPITANEVM. GENERALEM

SVPREMI. Q. ITALIAE. CONSILII

APVD. EANDEM. CATH. MAIESTATEM. PRAESIDEM

ET. C.



VOD tu optime, & sapientissime Princeps, vix susceptis huius Prouinciæ gubernaculis, primum, qui se se obtulit, dignitatis gradum in me conferre volueris, cum me Ædilem ex multis delegisti, eoq. in munere obeundo me iudicio, & expectationi tuæ respondisse, re & verbis declarasti; nihilq. inde prætermisisti, quod ad me ornandum, & augendum pertineret, id ego tanti facio, vt quasi bona omnia contigerint, nullum ad hanc meam felicitatem cumulum accedere posse existimem. Optabile quidem est, & honorificum consequi honores, & dignitates; periucundum ita viuere, vt illæ nobis, quasi debitæ videantur; Sed illis ornari à te summo inter maximos Principe, omni laude, & gloria apud exteras etiam gentes florentissimo: gratia, & auctoritate apud Potentissimum Regem nostrũ primario, nihil in hac vita illustrius accidere potest. Tanta enim est huius beneficij magnitudo, vt dum ad grati animi significationem aliquam dandam, conor illud si non exprimere, saltèm quasi leuiter adumbrare,

nullis

nullis sanè verbis, vel ex intimo artificio deprom ptis, mihi satisfacere possim. Illud autem neq; virium mearum imbecillitate, neq; ingenij tarditate denegabitur vmquam, quin, quoad vita fruar, tanti Principis erga me tàm insignem beneficentiã, & perpetua memoria colam, et assidua prædicatione illustrem, atq. ita sim in tua laude omni studio, & cogitatione defixus, vt si pro te vitam ipsam profundere necesse sit, nullum meum erga te officium, vel minimum patiar desiderari. A te verò, humanissime Princeps, nullum aliud huius meæ perpetuæ erga tè obseruantiæ præmium efflagito, nisi, vt sinas me à benignitate tua impetrare, vt cùm semel me non indignum gratia tua iudicaueris, ea, qua soles omnibus in rebus constantia, & grauitate, istam erga me egregiam voluntatem perpetuò conserues. Quod vt iure facere possis, sciasq. me, qui fuerim, eundem semper futurum; absoluto nuperrimè syndicatu ex Præfectura rerum capitalium, qua perfunctus sum, non alienum ab officio meo putaui, quæ in illo munere obeundo acta mea extiterint, acerrimo iudicio tuo subijcere, vt inde cognosceres; Primum, summo Dei beneficio, me nullum habuisse accusatorem; Præterea Decreta mea (quantum fert humana fragilitas) ab ipso Senatu iusta iudicata fuisse; Cumq; in absoluendis caussis capitalibus, nulli vmquam labori pepercerim, à nemine vinci me passum fuisse in numero reorum, qui vel ad triremes transmissi, vel vltimo supplicio damnati fuerint; Ad hæc multas tulisse, atq; instaurasse leges, pro continendis in officio Notarijs, Collateralibus, Satellitibus, Custodibus carcerũ, ac tollendis fraudibus, atq. imposturis, quæ iustitiæ fieri possent; Omninoq. dispositionem nouarum Constitutionum de sportulis non accipiendis seruasse: Nihilq. quod ad Reg. Iurisdictionem. acriter tuendam pertineret, pro muneris mei ratione prætermisisse. Quæ tibi Excellentiss. Princeps, offero, non ad ostentationem, quæ longissimè abest à natura mea minimè fucata, sed vt inde

de

de colligas, pro tua prudentia, me in eo munere obeundo, non ea fuisse uirium imbecillitate, qua me laborasse, nonnulli sibi addere existimantes, quod de me detrahebant, tibi persuadere conabantur. Spero igitur, grauissimo iudicio tuo, quo vno contentus sum, labefactatum iri maleuolorum obtrectationes; Ego verò te auctorem omnium bonorum meorum, ab hac Ciuitate discedentem, & ad Potentissimum Regem nostrum accedentem, vt eius supremo præsis Consilio, vna cum vniuersa Patria mea, quæ te vnicum in terris patronum, tutorem, ac defensorem agnoscit, prædicat, ac veneratur, obseruantia prosequar incredibili, summisq. à te precibus contendam, vt me tuum alumnum, tuæ benignitati creditum, iam in tuam clientelam receptum, tamquam opus tuum, vt bonus artifex, perpolias, ac perficias.

Tuæ Excell.

Humillimus seruus

Iosephus Archintus.

Summarium Relationum factarum, & Reorum ad triremes transmissorum, & vltimo supplicio damnatorum de anno 1598. & 1599.

A Cal. Ianuarij 1598. vsq; ad dimidiũ mensis Iunij quo tempore adeptus est possessionem offitij Archintus, & sic in primis quinq; mensibus cum dimidio.

Per Capitaneum Marzagoram factę fuerunt relationes 15.

Furcis suspensi. 4.

Ad remum transmisi. 7.

Vltrà eos, qui sub particularibus delegatis pro crimine Nephando igni traditi fuerunt.

A Dimidio mensis Iunij 1598. vsq; ad dimidiũ mẽsis Februarij 1600. quo tẽpore adeptus est possessionem offitij Capitaneus Maynoldus, & sic in 20. mẽsibus quibus exercuit munus Capitanei Archintus.

Per ipsũ Capitaneũ Archintũ factæ fuerunt relationes. 165.

Per Vicariũ Trussum in 15. mensibus quibus exercuit offitium antequàm occasione Reg. Iurisdictionis incurreret censuram factæ fuerunt relationes. 98.

Furcis suspensi 27.

Ad remum transmisi. 54.

Vltrà eos, qui pro crimine nephando sub particularibus delegatis igni traditi fuerunt, vt supra.

M. D. LXXXXVIII.
DE MENSE IANVARII.

Die XVI.



CAPITANEO Merzagora refferente, Stefanus de Ceruijs, & Petrinus de Sartoribus, ob diuersas robarias ad stratam, condemnati fuerunt ad furcas, & quod trahantur ad caudam equi ad locũ supplicij, Complices verò vz. Baldassar, perpetuò, & Io. Iacobus decennio, ad remum damnati fuerunt, attenta eorum minori ætate. Ghilinus Secr. *Negronus notarius.* *Furcis suspẽsi 2.* *Ad remum 2.*

XIX.

Vicario Porta refferente, Ordinatũ fuit, dandas esse litteras S.Excell. pro impunitate, ac præmio eorum, qui in claro ponent homicidium P. Antonij Belamij parochi Massini. Landrianus Secr. *Meronus not.*

XXVII.

Capitaneo Merzagora refferente Statũ causæ Bossini Pecorę Banniti, Ordinatũ fuit, exequendam in eum esse pęnam furcarum. Marchisonius Secr. *Meronus not.* *Furcis suspẽsus 1.*

XXIX.

Capitaneo Merzagora refferente; Ordinatum fuit, Mauritium Gambarinum imputatum de robaria, adhibito ẽt taxillo, interpollatis vicibus, torquendum esse, & vbi nihil emergat, quinquenniò remigare debere, vltrà aliud quinquenniũ in quo iam condemnatus fuit. Marchisonius Secr. *Ortus not.*

XXXI.

Vicario Porta refferẽte, Ordinatum fuit, Pasinum de May-

ſis,torqueri debere ſuper ſcientia,& aſſiſtentia ad homicidium Gaſparis Sacchi,& vbi nihil emergat,abſolui debere rebus ſtantibus. Marchiſonius Secr. *Valla not.*

Eodem die.

Vicario Porta refferēte, Ordinatū fuit, Baptiſtam Pilatum imputatum de otioſo, & vagabundo,plecti debere duobus ictibus funis publicè,tum eijci ab hoc Dominio, vt quinquenniò exulet,ſub pœna vitæ,ſi pedem intulerit, nec amplius admittatur,niſi præſtita fideiuſſione de benè viuendo, nec præſens ordinatio exequatur,niſi perfectis, & diffinitiuè relatis, omnibus alijs proceſſibus contrà eum exiſtentibus. Marchiſonius Secr. *Valla not.*

Eodem die.

Vicario Porta refferente, Ordinatū fuit, Martinum Belorū hoſpitem, imputatum de verbis inſtigatorijs prolatis ad vulnerandum Gulielmum Tabellariū, non amplius eſſe moleſtādum, Zarrum verò imputatum de aſſiſtentia ad dicta vulnera,ac de ſubornatione teſtis, torquendū eſſe, & vbi nihil emergat,abſoluendum. Marchiſonius Secr. *Tirafrigius not.*

Eodem die.

Capitaneo Merzagora verbum faciente de Saluaguardia petita per Orlādum Cerutum, contrà Ioſephum Boſſiū, Ordinatū fuit, dictū Boſſium, & complices, eſſe ad carceres reuocandos, & interim ipſum Boſſium teneri recipere Cerutum, & alios de eius familia, in ſaluaguardiā duraturam per Bimeſtre, poſteà aſſummendas eſſe de more informationes pro diutioni ſaluaguardia concedenda. Marchiſonius Secr. *Fliſcus not.*

1598.

I V.

CApitaneo Merzagora faciente verbũ de nece Dyonisij Patrocinij; Ordinatum fuit curare debere, vt statim Co. Fabritius Serbellonus detineatur, & vbi detineri nequeat, citetur sub pæna aureorũ bis mille. Besutius Secr. *Manzonus not.*

X.

Syndicatore Meltio refferente; Ordinatũ fuit, Baldessarem Ripam torquendum esse super mandato dato eius fratri, ad occidendum Antonium Mariam Ripam, & delatione clypei, & vbi nihil emergat esse absoluendum rebus stantibus. Besutius Secr. *Ællius not.*

X I I.

Syndicatore Meltio refferente; Ordinatum fuit, Venturinũ Feriolũ benè esse torquẽdũ super delatione dicti scloppi rotati parui, & vbi nihil emergat esse absoluendum. Besutius Secret. *Ællius not.*

X I I.

Vicario Porta prorogato refferente; Ordinatum fuit, Petrũ Septalam imputatum de receptatione Banniti, prædicta de causa amplius non esse molestandum. Besutius Secr. *Veranus not.*

X I X.

Vicario Trusso verbum faciente; Ordinatum fuit, Dominicum Baldessarem Mantuanum, imputatũ de graui vulnere illato Petro Vertemate, sub pæna triremium decennalium citari debere. Ghilinus Secr. *Valla not.*

X I X.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Alexandrum, & Iacobum Philippum fratres Boysios, inquisitos de mandato

mandato dato ad vulnerandum in faciem Claudium de Comparibus, citari debere sub pæna remi decennalis; Alterum verò fratrem, suas in carceribus facere debere deffensiones. Ghilinus Secr. *Manzonus not.*

X I X.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Ioannem Brenā senem, diligenter pro ætate, interrogandū esse in tormē-tis, super robaria commissa in domo Io. Mariæ Pallaui-cini, & vbi nihil emergat, rebus stantibus, absoluendum esse; Magrinum verò, rebus stātibus, absoluendum, cùm præcepto in faciem de benè viuendo, sub pęna remi triē-nalis, & vlterius præstita fideiussione pro summa aureo-rum 50. de benè viuendo. Ghilinus Secr. *Veranus not.*

X X V I.

Capitaneo Merzagora refferente; Ordinatū fuit, Io. Latuadam, & Iacobum Volunterium, capitaliter bannitos ob homicidium, tū admissos ad nouas deffensiones, remi-
Ad remū 2. gare debere, vz. Latuadā, decenniò, Volunterium, perpetuò. Landrianus Secr. *Meronus not.*

X X V I I.

Vicario Trusso verbum faciente de inquisitione formata contrà Antonium Mainardum, inquisitum de vulneribus illatis Andreæ de Bussattis; Ordinatum fuit, ipsum Antonium citari debere sub pœna corporali Sen. Excell. arbitraria. Landrianus Secr. *Meronus not.*

X X V I I I.

Vicario Porta refferente; Ordinatum fuit, Io. Baptistā Albrigattum esse benè torquendum super oppositione facta familię, cū explosione scloporum, & vbi nihil emergat, condemnandum in pænam primæ euaginationis, & abusus, & amplius trienniò remigare debere, quo finito,
Ad remū 1. non admittatur in Dominium, nisi data fideiussione de benè viuendo. Landrianus Secr. *Vallius not.*

1598. De Mense Martij.

X.

Vicario Trusso refferente, Octauius de Maioribus imputatus de Scacchis, & Furto, ad remum quinqueniò, damnatus fuit. Marchisonius Secr. *Vallius not.* *Ad remũ* 1.

X.

Vicario Trusso refferente confessionẽ Mauritij Gambarini, de robaria per eũ commissa in domo Parochi Sanctissimæ Trinitatis, mediante tortura ei illata cum taxillo; Ordinatum fuit, furcis suspendi debere. Marchisonius Secr. *Ortus not.* *Furcis suspensus* 1.

X I V.

Capitaneo Merzagora refferente, Io. Iacobus de Albertis ob inobseruationem Banni, condemnatus fuit in eius dupplicationem, adiecta pæna remi triennalis, vbi in posterũ illud non seruauerit. Besutius Secr. *Vallius not.* *Ad remũ* 1.

1598. De Mense Aprilis.

X V I.

Capitaneo Merzagora verbum faciente; Ordinatũ fuit, Franciscum Blancum Aromatarium loci Gambolati, inquisitum, quod noctis tempore transcenderit muros domus Prætoris illius loci, cùm alijs armatis scloppis ab igne, ipsiq; Prætori abstulerit scloppum pænes ipsum Prætorem repositum, citari debere sub pæna remi quinquennalis. Marchisonius Secr. *Glussianus not.*

1598. De Mense Maij.

X X I I I.

Capitaneo Merzagora refferente; Ordinatum fuit, Hie-

ronymum

ronymum dictum el Calò, torquendũ esse arbitrio Curiæ, pro habenda veritate furtorum, posteà quàprimũ refferri debere processus contrà eum agitatos. Ghilinus Secr. *Valla not.*

XXIII.

Capitaneo Merzagora refferente; Ordinatũ fuit, Panzeriũ, & Legnanum, examinatos ad deffensam Ioachim Pessani Ianuẽsis, imputari de delatione scloppi rotati breuioris mensuræ, esse de falso reos constituendos, & diligenter in tormẽtis excutiendos. Ghilinus Sec. *Negronus not.*

XXVIII.

Capitaneo Merzagora verbum faciente; Ordinatum fuit, Ioannam Castellioneam inquisitam de Adulterio cum Iosepho Carcano de Fenegroe, citandam esse sub pæna corporali S. Excellentiss. arbitraria, & ammissionis dotis. Besutius Secr. *Tirafrigius not.*

XXIX.

Capitaneo Merzagora verbum faciẽte de Andrea Sauoldo bannito à Prætore Bergomi ex causa robariæ; Ordinatũ fuit, eum vti comprensum in conuentionibus, tradi debere ipsi Prętori Bergomi. Besutius Secr. *Negronus not.*

1598. De Mense Iunij.

VIIII.

CApitaneo Merzagora legẽte preces datas per Doninã, Franciscam, & Angelicam matrem, & sorores de Farinis, de monte Brianterio, quarũ vna, scilicèt Francisca, imputata fuit, quod cùm esse nubilis, pręspostera libidine passa fuerit se cognosci à Camillo Cataneo, quam imputationem ex multis deductis in precibus, demonstrabant falsam, Ordinatũ fuit, Doninam, & Angelicam, relaxari debere

debere fideiussor, Franciscam verò, retinendam. Marchisonius Secr. *Ardesius not.*

Die X V.

Capitaneo Merzagora verbum faciente de detētione Petri, & Paulini de Imperijs, appellatorum li Castagnini, Ordinatum fuit, arbitrio Curiæ subijciendos esse torturæ pro habenda veritate omnium furtorum ab eis factorũ, & complicum. Besutius Secr. *Meronus not.*

X V I.

Vicario Trusso dicente ea die expirare iurisdictionem suã ob ingressum I. C. Archinti ad munus Capitanei Iustitiæ; Prorogauit Senatus eius iurisdictionem per sex dies. Besutius Secr. *Glussianus not.*

X V I.

Vicario Trusso verbum faciente de Inquisitione formata, contrà Baptistam de Caluis imputatum de vulnere illato Nicolao Quadrio; Dictũ fuit, denuò faciendum esse verbum facta mentione de qualitate, & causa odij. Besutius Secr. *Negronus not.*

X V I.

Vicario Trusso verbum faciente; Ordinatum fuit, Bernardinum de Nappis inquisitum de vulnere illato Desiderio Rugacesiæ de mandato suscepto à Hieronymo de Donatis, citandum esse sub pœna remi quinquennalis. Besutius Secr. *Negronus not.*

X V I.

Vicario Trusso Refferente; Ordinatum fuit, Io. Ambrosiũ Augustanũ imputatũ de diuersis furtis, & quod sit otiosus, & malæ vitæ, torquendũ esse etiam adhibito taxillo interpollatis vicibus, & vbi nihil emergat damnandum ad remum quinquenniò. Besutius Secr. *Peregus not.*

XXIII.

Vicario Trusso verbum faciente de Inquisitione formata contrà Antonium Lampugnanum, imputatum de homicidio Io. Iacobi de Raynoldis, quem ex processu minorem esse constat; Ordinatum fuit, eum sub pæna exilij triennalis, & amplius arbitrio Senatus, citari debere, & vlterius sub alia pœna etiam corporali Senatui arbitraria. Ghilinus Secr. *Vallius not.*

XXIII.

Vicario Trusso verbum faciente de informationibus per eum sumptis in loco S. Angeli super contentione aquarum orta inter Co. Feudatarios dicti loci, & Ludouicum Ritium cuius occasione nonnulli vulnerati, & alij interfecti fuerunt; Ordinatum fuit, persistendum esse in litteris ad ipsum Vicarium datis die 20. eius mensis. Ghilinus Secr. *Cruceius not.*

XXIII.

Vicario Trusso verbum faciente; Ordinatum fuit, Baptistã Caluum imputatum de vulnere illato super capite nullis dictis verbis Nicolao Quadrio, citari debere sub pęna triremium decennalium. Ghilinus Secr. *Negronus not.*

XXIII.

Vicario Trusso verbum faciente de inquisitione formata de homicidio in personam Hieronymi de Cigolis, contrà Io. Angelum de Ghioldis, cùm assistentia aliorum, Ordinatum fuit, dictum Io. Angelum in pœnam ordinariam homicidij esse damnandum, Cæteros verò, sub pœna etiam corporali arbitraria Senatui esse citandos. Ghilinus Secr. *Manzonus not.*

XXIII.

Vicario Trusso verbum faciente; Ordinatũ fuit, Io. Baptistam famulum Horatij Caimi imputatum de assistentia

ad

ad homicidium alias ſecutum in perſonam Dominici de Finitis, citari debere ſub pœna corporali S. Excellen. arbitraria. Ghilinus Secr. *Ællius not.*

X X V.

Vicario Truſſo Refferente; Ordinatum fuit, cauſam Thomæ Armani, & Bonibelli de Ragnis, imputatorũ de delatione armorum, & inſolentijs factis in loco Ripaltæ, ad D.Prętorem Ripaltæ, remmittendam eſſe. Ghilinus Secr. *Negronus not.*

X X V.

Capitaneo Archinto verbum faciente de Thoma Guaſco Æbreo, alias Chriſtiano facto, detentos à familia fori Archiepiſc. ſub prætextu, quod cùm eſſet Quæſtuarius Monialiũ S. Antonini, non obſtante, quod ab eis licentiatus eſſet, adhuc perſeueraret colligere elemoſinas earũ nomine, illas in ꝓprios vſus cõuertẽdo, Et quod hæc detẽtio erat contrà expreſſam diſpoſitionẽ litterarũ S. M. anni 1572. quibus cauetur, Neminẽ laycum poſſe capi, niſi implorato bracchio ſæculari; Ordinatum fuit, monendam eſſe Suam Excellen. ad effectum, vt mittat vocatum Vicarium Criminalem fori Archiepiſcopalis, qui omninò exequatur memoratã diſpoſitionem litterarum S. M. ne duriora remedia exerceantur.
Ghilinus Secr. *Bononia not.*

X X V.

Capitaneo Archinto Refferẽte; Ordinatum fuit, Hieronymum Paernum, imputatum, quod ſtercore equino fœdauerit, noctis tempore, domũ Gaſparis Boſsij, & quædam eius inſignia; Aſſumptis prius informationibus de allegata eius fatuitate, vbi de ea conſtet, plecti debere tribus ictibus funis publicè. Ghilinus Secr. *Gluſſianus not.*

VII.

Vicario Trusso verbum faciente de informationibus sumptis super controuersia vertente inter Ill. Præsidē Bossium ex vna, & Co. Octauiam Marlianam Triuultiā ex altera, occasione eorum, quæ de facto vtrinq; facta ꝑtendebatur in rugijs Refrigij, & Marzoni; Ordinatum fuit, respectu clusæ in alueo Marzoni per operarios Co. destructæ, & expurgationis nomine Comitissæ factæ in alueo Refrigij à diuisorio Caimorum infrà, tātum, quātum se extendit prædictus alueus super prædijs Bossiorum; Omnia in pristinū statū restituenda esse, & Comitissam vlterius in expensis, & damnis, condemnandā. Præterea Incastrum, appellatum doppiera, existēs super Refrigio, restaurandū esse per eos qui innouarūt, vel eorum expēsis, vbi ipsi id recusent, saluis in reliquis iurib⁹ partium, tàm in possessorio plenario, quàm in petitorio; Quo verò ad formam procedendi criminaliter in dicta causa; Cēsuit Senatus cōtrà culpabiles ex voto curiæ procedēdum fore, eo tamen declarato, quod operarij, qui recitatæ destructioni, & expurgationi interfuerunt, dicta de causa vlterius non molestentur. Marchisonius Secr. *Bononia not.*

VII.

Capitaneo Archīnto refferente; Ordinatum fuit, in territorio Papiensi locum esse pręuētioni Capitanei Iustitiæ; Siue per Baricellum Campestrem ipsius Capitanei detineantur aliqui virtute capturæ per ipsum Capitaneum concessæ; Siue infragranti reperiantur; Et proptereà dādas esse litteras Mag. Prætori Papiæ, vt nonnullos detētos infragranti, cùm scloppis ab igne, relaxet ipsi Capitaneo.

taneo. Marchisonius Secr. *Negronus not.*

X I V.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Carolum Anzauertam imputatum de fœdatione Ianuæ in loco Prægnanæ, trienniò remigare debere; Christophorum verò de Ducchis, benè torquendum esse super dicta fœdatione, & vbi nihil emergat, faciendum ei esse præceptum in faciem, vt non audeat accedere per biennium, & vlterius arbitrio Senatus, ad dictum locum Prægnanæ circũ circà per miliaria quinq;. Besutius Secr. *Manzonus not.*

X V I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Franciscũ de Simonibus imputatũ de furto paliorũ, & culcitrarũ, torquendum esse sine taxillo, arbitrio Curiæ. Besutius Secr. *Valla not.*

X V I.

Capitaneo Archinto verbum faciente; Se pro executione litterarum Senatus Excellentiss. accessisse ad domum Io. Baptistæ Bernadigij Causidici fori Archiepiscopalis, ibiq; detineri fecisse Io. Baptistam Farram scriptorem dicti Bernadigij, & eius filium natu minorem; Ordinatum fuit, examinandum esse ipsum Farrã super recessu filij maioris natu ipsius Bernadigij, & eorũ, qui de eius societate recesserunt; tum posteà relaxandum, & quod pertinet ad filium Bernadigij, super eodem examinandum esse, tum relaxandum, assignata domo pro carcere, & renouata fideiussione aureorum mille. Besutius Secr. *Gratarola not.*

X V I.

Capitaneo Archinto verbum faciente; Ordinatum fuit, Antonium Coradinum furem diffamatum, annorum tantum 14. loris intrà carceres semel cedi debere, tũm

ad

ad locum Stellæ transmitti, cùm præcepto in faciem, vt incumbat alicui exercitio sub pœna remi triennalis. Besutius Secr. *Valla not.*

X V I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Panzeriũ, & Legnanum, quos Senatus Excellentiss. mandauit detineri, & de falsò reos cõstitui, cùm non possint haberi, de falsò inquirri debere; Ioachinum verò, ad cuius fauorẽ deposuerunt, relaxandum esse fideiussori, assignata domo pro carcere. Besutius Secr. *Negronus not.*

X X X.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, negotium Frãcisci Cantoni imputati, quod multoties insidiatus fuerit vitæ Io. Andreæ Lonati ad Curiam remmittendum esse. Landrianus Secr. *Peregus not.*

X X X.

Furcis suspensi 2. Vicario Trusso refferente, Cõdemnati fuerunt ad furcas Io. Paulus, & Io. Petrus de Imperijs fures appellati li Castagnini. Landrianus Secr. *Meronus not.*

X X X.

Vicario Trusso Refferente; Ordinatum fuit, Octauium Bariolam Maritũ Catherinæ Barenghæ, Philippum nuncupatum el Gippone, & Cęsarem Cauenagum, imputatos de attroci nece secuta in personam dictæ Catherinę citandos esse sub pæna conuicti, & confessi criminis. Landrianus Secr. *Fliscus not.*

1598. De Mense Augusti.

Die IIII.

Vicario Trusso refferente, absoluit Senatus Excellẽtiss. ab imputatione attrocis blasphemiæ, Io. Baptistam de

de Mercantis. Marchiſonius Secr. *Meronus not.*

V I I I.

Capitaneo Archinto verbum faciente de proceſſu agitato contrà ſatellites fori Archiepiſcopalis, qui detinuerunt Franciſcum de Cauezalibus aſſiſtentem quibuſdam ludentibus in Campo Sancto, nec non, & quandam vetulam, vt informaret Curiam Archiepiſcopalem de vita, ac moribus cuiuſdam præsbyteri in præiudicium Iuriſdictionis Regiæ, Cenſuit Senatus hos, & alios quoſcūq; huius generis proceſſus, diligenter inſpici debere ab Ægregijs Fiſcalibus togatis, qui deinde omnia vnico contextu cùm eorum voto in Senatu refferant. Marchiſonius Secr. *Cruceius not.*

X I.

Vicario Truſſo refferente; Ordinatum fuit, Manfrinum Caſtellioneum, imputatum de nece Io. Antonij Lamaniæ, & de delatione ſclopporum rotatorum, præceptis pænalibus citari debere, ſub pæna conuictorum, & confeſſorum criminum. Beſutius Secr. *Peregus not.*

X V I I I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Petrum de Spottis imputatum de ſex robarijs, ex deffectu inditiorum, abſoluendum eſſe, ac relaxandum. Ghilinus Secr. *Ortus not.*

X V I I I.

Vicario Truſſo refferente; Ordinatum fuit, Ioſephum Angleriam, imputatum de receptatione latrunculorū, ſuper impictis benè torquendum eſſe, & vbi nihil emergat, relaxandum cùm percepto in faciem, vt in poſterū caueat ab huiuſcemodi conſuetudiuè. Ghilinus Secr. *Valla not.*

XVIII.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Liuium

Mor-

Furcis suspensus 1.

Morbennium Veronensem, imputatum de robarijs ad stratam commissis, furcis suspēdi debere, & ibidem trahi ad caudam equi. Ghilinus Secr. *Cruceius not.*

XVIII.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Bartolomeum Bettinum imputatum de delatione styletti, torquendū esse, & vbi nihil emergat, absoluendum. Ghilinus Secr. *Manzonus not.*

XXII.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Io. Iacobum Dossenā, super qualitate animi deliberati, respectu ictuū illatorum Baptistę Rubeo, in tormentis interrogandum esse, & vbi nihil emergat, absoluendum. Ghilinus Secr. *Tirafrigius not.*

XXV.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Cæsarem Fauiū à quo Clara Calca dixit se per vim cognitam fuisse, tàm secundum naturam, quàm præposterè, torquendum esse, & vbi nihil emergat, absoluendum; Clarā verò diligenter in tormentis examinandam; An ex voluntate huiuscemodi pręposteram libidinem passa sit; Et vbi nihil emergat, pariter absoluendam esse. Landrianus Secr. *Negronus not.*

XXVII.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Cæsarem Cribellum super impicto incestu, benè torquendum esse; Angelicam verò, super eodem; An scilicèt volens, illud commiserit, in tormentis diligenter interrogandam esse, & vbi nihil emergat, absoluendos esse. Landrianus Secr. *Ællius not.*

1598.

I.

CApitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Antonium de Farottis subportinarium Hospitalis Sãcti Simpliciani, imputatum de iniurijs,& attẽtatis percussionibus,in personam Priorissæ illius loci,& de Blasphemijs attrocibùs; publicè plecti debere tribus ictibus funis,tum,non relaxari,nisi petita venia in plena congregatione Priori,ac Deputatis. Poggius Secr. *Veranus not.*

I I I.

Capitaneo Archinto refferente,Ioseph de Ghetijs appellat⁹ el Zorgnabadino,imputatus de diuersis furtis,& præcipuè de furto apothecæ Montignanorum, Cõdemnatus fuit ad furcas, & quod denuntiata morte torqueatur super alijs,& complicibus. Marchisonius Sec. *Meronus not.* *Furcis suspensus* 1.

I I I.

Vicario Trusso refferente,Cõdemnatus fuit Petrus Placentinus satelles, appellatus el Spagnolo, in amputationem capitis,ob homicidium commissum in personam Reu. Hieronymi Vertuæ. Poggius Secr. *Tirafrigius not.* *Decapitatus* 1.

V.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Antonium de Caprinis Lucẽsem, imputatum de delatione pistoricẽsis, absoluendum esse. Poggius Secr. *Valla not.*

X V I I.

Vicario Trusso refferente, Cõdemnauit Sen. Excellentiss. Iulium Castellatium,imputatum de vulnere in faciem illato Io.Baptistę dell'Aqua,in pęnam triremium triennalium. Besutius Secr. *Tirafrigius not.* *Ad remũ* 1.

X V I I.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Franciscum

C Imbor-

Imbornitorem,imputatum de homicidio in personam Io. Ambrosij de Sexto in rixa, Citandum esse sub pœna corporali Sen. Excellentiss. arbitraria. Besutius Secr. *Tirafrigius not.*

X V I I.

Vicario Trusso refferente Inquisitione formata contrà Io. Petrum famulum P. Pauli Arigoni imputatum de bacculatis apostatè datis Io. Baptistæ Bertaneæ, de mandato dicti Arigoni, & contrà Carolum Scaranum, & Geordegium Petra Blancam, Placētinum, imputatos de insolētijs ad Ianuam domus dicti Bertaneæ; Cōdemnauit Senatus omnes, in pœnam proclamatum S.Excell. Ghilinus Secr. *Negronus not.*

X V I I I.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Franciscum Fossatum, imputatum de diuersis robarijs ad stratam, de otiositate, & alijs delictis, torquendum esse adhibito taxillo denuntiata tamen prius condemnatione in pœnā remi septennalis, etiam quod nihil emergat. Besutius Secr. *Ortus not.*

Ad remū 1.

1598. De Mense Octobris.

V I I I I.

CApitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Floramontem Locatum, imputatū de robaria, interpollatis vicibus, adhibito taxillo, torquendum esse, & vbi nihil emergat, dimmittendum, data prius fideiussione de non offendendo Præsbyterum cui commissa fuit robaria, & eius Nepotem. Ghilinus Secr. *Ortus not.*

X I V.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Ruglerium

Carariam

Carariam Bergomēſem, Bannitum à Dominio Veneto, imputatum, quod ſteterit in Dominio non præſtita fideiuſſione ad formam proclamatum, tribus ictibus funis publicè plecti debere, tum relaxari, facto ei præcepto in faciem, vt hāc fideiuſſionem præſtet, alioquin ab hoc Dominio recedat ſub pæna proclamatum. Marchiſonius Secr. *Taliabos not.*

X I V.

Vicario Truſſo refferente; Ordinatum fuit, Dyoniſium Sextum, inquiſitum de fædatione Ianuæ domus Fabij Variſij, & inſultu cùm ſaxis ad eandem domum facto, ſuper impictis torqueri debere, & vbi nihil emergat, abſolui. Marchiſonius Secr. *Fliſcus not.*

X V I.

Capitaneo Archinto verbum faciente de depoſitionibus Benedicti Panzerij, & Iulij Cæſaris Legnani ad fauorem Ioachim Peſſani Ianuenſis; Ordinatum fuit, perſiſtendum eſſe in iam ordinatis, vt diligenter in tormentis excutiantur, & rei de falſo conſtituantur. Poggius Secr. *Negronus not.*

X V I.

Vicario Truſſo refferente; Ordinatum fuit, P. Paulum Coſtam imputatum de verbis iniurioſis prolatis in villipēdium Ill. Senatoris Beloni, & quod ſit otioſus, & vagabundus, plectendum eſſe tribus ictibus funis publicè, poſteà dimmittendum, cùm pręcepto in faciem de benè viuendo, & alicui exercitio incumbendo ſub pæna triremium triennalium. Marchiſonius Secr. *Cruceius not.*

X V I.

Vicario Truſſo refferente; Ordinatum fuit, Paulinum Brixiēſem, imputatum de furto pecuniarum ex arcula Eccleſiæ, & delatione pugionis per Ciuitatem, fuſtigandū

esse, posteà eijciendum sub pœna S. Excellentiss. arbitraria. Marchisonius Secr. *Negronus not.*

X V I.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Franciscum Fossatum, imputatum de diuersis robarijs, & damnatũ ad triremes, ità vt prius dicta cõdemnatione denuntiata, torqueatur, adhibito taxillo, torqueri debere, eo modo, quo potest, & si ad remum inhabilis iudicetur, ter fustigetur, mox eijciatur. Marchisonius Secr. *Ortus not.*

X V I.

Capitaneo Archinto verbum faciente de prætensione Tomaxinæ Nauæ, quæ ea est, vt agatur contrà patrem, & matrẽ Attilij Arrigoni, qui interfecit eius vxorem, filiã dictæ Tomaxinæ; Ordinatum fuit, quærenda esse meliora indicia iuxtà votum Curiæ. Marchisonius Secr. *Ardesius not.*

X X I I I.

Capitaneo Archinto verbum faciente de detentione Marci Antonij de Giorlis, detẽti à nonnullis militibus hyspanis, cùm scloppo rotato breuioris mensuræ, qui dum cõduceretur per locũ Busti, aufugerat è manibus dictorũ militum, & se retraxerat in Ecclesiam dicti loci, à qua exinde extractus fuit, factaq; mẽtione de eius mala qualitate, ac processibus contrà eum pendentibus, & de cõparitione contrà eum facta per quendam Pompeũ Sessam; Ordinatum fuit, statuto prius breui termino dicto Comparẽti ad probandum hunc esse de tali delicto impictum, vt nõ possit gaudere immunitate Ecclesiæ; Vbi nihil probetur relaxandum esse ipsum M. Antonium Reu. Vicario fori Archiepiscopalis, & contrà eũ exinde procedi debere, seruatis seruãdis. Besutius Sec. *Cruceius not.*

XXIII.

XXIII.

Vicario Trusso refferente statum causæ Io.Baptistæ Catiæ, per decennium ad triremes damnati,& prętendentis dictam condemnationem nullam ex quo citatus fuerit in formã absentis, cùm nihilominus domum apertam in Ciuitate Papiæ, haberet; Declaratũ fuit, memoratam condemnationem,legitimè factam fuisse, & ipsum Catiam ad nouas deffensiones admittendum non esse. Besutius Secr. *Fliscus not.*

XXIX.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Io. Baptistam Ghetium,imputatum de homicidio in personã P. Pauli de Schioppatis, attenta etiã remmissione, quinquenniò exulare debere. Ghilinus Secr. *Tirafrigius not.* *Ad remũ 1.*

1598. De Mense Nouembris.

VII.

CApitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Laurentium Zanuccum Bergomensem imputatum de vulnere illato in faciem,Io. Mariæ Caualatio, cùm perpetua cicatrice;Et quod bãnitus nõ dederit fideiussionẽ, Et tamquàm forensis detulerit arma cõtra formam proclamatum,septenniò remigare debere. Lãdrianus Secr. *Fliscus not.* *Ad remũ 1.*

VIIII.

Capitaneo Archinto verbum faciẽte de M. Antonio Giorla extracto ab Ecclesia loci Busti,& de imputationibus, ac processibus contrà eum pendentibus,quorum notula transmissa fuit à Prætore Eumeniæ; Ordinatum fuit, mittendum esse ad Reu.Vic.Archiepiscopalem D.Fiscalem Quintium, qui eũ alloquatur, & curet ab eo reportare,

tare, vt possit hic Giorla retineri in carceribus ipsius Capitanei, nomine Ecclesiæ, donec moneatur legatus S.M. apud Summum Pontificem, vel saltèm retineatur in carceribus fori Archiepiscopalis, donec aliud p̱ Sen. Excellentiss. deliberatũ fuerit. Poggius Secr. *Cruceius not.*

X I I I I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Melchionem Vallium capitaliter bannitum ob homicidium in personã Pauli Hieronymi Pusterlæ, admittẽdum esse ad nouas deffensiones, ità tamen, quod in diffinitiua habeatur ratio contemptus banni, quo magis grauari videtur. Poggius Secr. *Ællius not.*

X I I I I.

Alouysio Meltio Sindicatore prorogato, refferente; Ordinatum fuit, Ruglerium Camnasium, qui per vim cùm armis nixus est impedire dispensationẽ Io. Angeli Galli, cùm filia Francisci Rogoræ, trienniò remigare debere, cùm solutione damnorum, & interesse partis.. Poggius Secr. *Vallius not.*

Ad remũ 3.

X V I I.

Capitaneo Archinto legente litteras sibi transmissas à Capitaneo Lugani, quibus significabatur, per Capitaneũ lacus, datum fuisse transitum militibus suis ad locum Onaghi Reg. Iurisdictionis, quo in loco interfecerunt Franciscum, & Antonium fratres de Angelina, Tertium verò eorum fratrem Fælicianum, carceratum duxerunt ad locum Lugani, Et ideò cùm prætenderent dicti milites hos interfectos esse bannitos à Dominio Mediolani, positosq; sub talea, illam prætendebant, & factũ est, quod lectis hisce litteris per ipsum Capitaneum in Excelso secretiori consilio, ex voto ipsius Cõsilij, transmissus fuit Collateralis Campestis ad locum Lugani pro cõducendo

ducendo ipſo Carcerato Mediolanum,prout conductus fuit,facta inſuper ab ipſo Capitaneo Lugani conſignatione capitum interfectorum pro conſequenda talea , quam tamen debitam eis non eſſe dicebat ipſe Capitaneus Iuſtitiæ,cùm nullibi reperirentur iſti,banniti ſub talea in proclamatibus S. Excell. & ſolus etiam Io. Antonius reperiebat̃ bannitus,ſub auditore Co. Marlianorum ; lectiſq; etiam conuentionibus initis inter Reg. Maieſtatem,& ipſos Heluetios; Ordinatum fuit,non licuiſſe memoratis militibus ità coactis,armata manu inuadere,vt fecerunt,territorium S.M. eiuſq;ſubditos,ſub prætextu,quod eſſent Banniti,interficere, propriaq; auctoritate captiuos facere. Et propterea memoratis militibus,non ſolùm nullum deberi præmium, ſed maxima repræhenſione dignos fore,grauemq; de eis, ac eorũ exceſſibus faciendam eſſe apud ipſos Heluetios quærimoniam,aſſummendaſq; eſſe informationes de memorata licentia à Capitaneo lacus habita,& contrà Nicolaũ Ramellum de loco Onaghi, ad cuius inſtigationẽ præſupponuntur talia patrata facinora, de turbata Iuriſdictione Regia,procedendum fore,dandaſq; litteras Prætori Palãtię , vt proceſſus quos habet de nonnullis exceſſibus ab ipſis Heluetijs commiſſis,quàmprimum tranſmittat. Marchiſonius Secr. *Gluſſianus not.*

XVII.

Vicario Truſſo refferente ; Ordinatum fuit, Melchiorem Simonettam imputatum de propinatione veneri facta Io. Petro de Machettis,benè torquendum eſſe,& vbi nihil emergat, abſoluendum rebus ſtantibus. Marchiſonius Secr. *Peregus not.*

XVII.

Vicario Truſſo refferente ; Ordinatum fuit, Io. Baptiſtam Fontanam

Fontanam Vicentinum, detentum cùm fragmentis argenteis, torturæ ſubijciendum eſſe ad eruendam veritatem, vnde huiuſcemodi argentum habuerit. Marchiſonius Secr. *Vallius not.*

XVIIII.

Vicario Truſſo verbum faciēte, de nonnullis litteris Senatus obtentis per Io. Franciſcum Marcheſium, & Io. Franciſcum Beccariam, imputatos de inſolentijs factis cōtrà Prætorem Gambolati, mandantibus cauſam remmitti ad Iudicem competentem, vbi ad offitium Egr. Capitanei Iuſtitiæ non ſpectet; Ordinatum fuit, non obſtantibus prædictis litteris, in dicta cauſa procedendum eſſe. Marchiſonius Secr. *Gluſſianus not.*

XVIIII.

Vicario Truſſo refferente proceſſum ſubornationis teſtium in cauſa Laurētij Zanucchi, alias relata per D. Capitaneū ſub die 7. eiuſdem menſis; Ordinatum fuit, ex integrò vtriuſq; proceſſus abſolutam relationem faciēdam eſſe, vt maturius deliberare queat Sen. Excellentiſs. Marchiſonius Secr. *Cruceius not.*

XXI.

Vicario Truſſo verbum faciente; Ordinatum fuit, Chriſtophorum de Feceris, & complices Theutonicos, imputatos de mandato dato præcedente inimicitia ad occidendum P. Paulum Cùticam, inquirendos eſſe. Marchiſonius Secr. *Cruceius not.*

XXI.

Vicario Truſſo refferente; Ordinatum fuit, Franciſcū Moram Mantuanum, imputatum de delatione armorum contrà formam proclamatum, duobus ictibus funis publicè plecti debere, tum eijci, ſub pæna corporali S. Excell. arbitraria ſi pedē intulerit. Marchiſonius Sec. *Tirafrigius not.*

XXIII.

XXIII.

I. C. Desiderio Merzagora olim Capitaneo, vti delegato refferente, causam Bernardini appellati Quindesini, & Baptistæ Pānarij, appellati Baptistoni, imputatorum de vi illata Ioāninæ Veneronæ, puellæ nubili, in loco Gornaschi; Ordinatum fuit, prædictos benè torquendos esse, alios verò imputatos de auxilio, & fauore, in tormētis diligenter interrogandos, & vbi nihil emergat absoluēdos esse. Besutius Secr. *Glussianus not.*

XXIV.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Fabium Naldū, imputatum de furto commisso in apotheca P. Antonij Platti, torquendum esse, & vbi nihil emergat, absoluendum; ità tamen, quod à præsenti Dominio recedat sub pœna remi quinquennalis. Besutius Secr. *Negronus not.*

XXIV.

Vicario Trusso verbum faciente de processu agitato contrà fratres Crippas, Ripam Causidicum, & P. Franciscum Vicomercatum, in materia turbatæ Iurisdictionis; Ordinatum fuit, eos non esse amplius molestandos. Besutius Secr. *Vallius not.*

XXVI.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Gasparem Albertonum Patauinum imputatum de blasphemijs attrocibus, & delatione armorum contrà formam proclamatū S. Excell. diligenter in tormentis esse interrogandum; & vbi nihil emergat, absoluendum; respectu verò delationis armorum, tribus ictibus funis publicè plecti debere. Besutius Secr. *Ortus not.*

XXVI.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Cæsarem Cribellum, & Io. Antonium Ferarium, imputatos de attentata

tata fuga cum fractura carcerum, duobus ictibus funis publicè plecti debere. Ghilinus Secr. *Tirafrigius not.*

1598. De Mense Decembris.

I.

Vicario Trusso refferente inquisitionem formatam cōtrà P. Antonium Ruscam, imputatum de homicidio alias secuto in personā Io. Dominici della Spiga ex ictu Saxi; Ordinatū fuit, ipsum Ruscam, sub pæna remi triennalis, citari debere. Ghilinus Secr. *Fliscus not.*

I.

Vicario Trusso refferente causam Laurentij Zanucchi Bergomensis, imputati de vulnere illato in faciem Io. Mariæ Cauallatij, vnà cùm processu ex post fabricato super testium subornatione; Ordinatum fuit, ipsum Zanucchū,
Ad remū 1. quinquenniò remigare debere. Ghilin⁹ Secr. *Fliscus not.*

I.

Vicario Trusso refferente statu causæ Petri Pauli Arrigoni; Ordinatum fuit, ipsum in carceribus ius dicere debere, tùm omnia vnico contextu refferri. Ghilinus Secr. *Negronus not.*

V.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Bernardinum Sansonum benè torquendum esse, Io. Paulum Turium in tormentis interrogandum super assistentia ad vim illatam Martæ de Cauis puellæ nubilis, & robaria diuersarum rerum eodem tempore secuta, & vbi nihil emergat, reb⁹ stantib⁹, absolui debere. Ghilinus Secr. *Ortus not.*

X.

Furcis suspensus 1. Vicario Trusso refferente, Iacobus Lanzettus Zerdo, imputatus de notabili furto apothecæ Montignanorum, cùm fractura

fractura, ad furcas condemnatus fuit. Landrianus Secr. *Meronus not.*

X.

Capitaneo Archinto verbum faciente de statu causæ Com. Fabritij Serbelloni, circà necem Patrocinij; Ordinatum fuit, processus perfectioni incumbendum esse, dicto Co. interim retento; respectu verò Tenchij, esse contrà eum procedendum, prout de iure. Landrianus Secr. *Manzonus not.*

X I.

Vicario Trusso verbum faciente de Hieronymo Vergano, qui fugam arripuit à triremibus, cùm adhuc per annum cùm dimidio remigare deberet; Ordinatum fuit, tempus, quod supererat, duplicandum esse, ità vt trienniò remiget. Landrianus Secr. *Ardesius not.* *Ad remũ I.*

X I I.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Bartolomeum Chioccam, confessum de furto telæ valoris aureorũ 30. cùm fractura parietis domus, quinqueñiò remigare debere. Landrianus Secr. *Ardesius not.* *Ad remũ I.*

X I I.

Vicario Trusso verbum faciente de Io. Baptista Sfondrino, inquisito de assistentia ad homicidium; Ordinatú fuit, ipsum citari debere sub pæna corporali S. Excell. arbitraria. Landrianus Secr. *Vallius not.*

X V I.

Capitaneo Archinto verbum faciente de examine Feliciani de Angerina, de Onago, ex quo resultat verificatio circà inuasiones commissas ab Heluetijs, in Territorio Regio, ad instigationem Nicolai Ramelli, contra quem, & contrà Capitaneum lacus, demandauerat Senatus Excellen. Prętori Palantiæ, vt assummeret informationes, & quod vlterius hic Felicianus imputabatur de receptatione in

domo, fratris ſui natu maioris bāniti; Ordinatū fuit, ipsū Felicianum eſſe reum conſtituendum de conuerſatione, & receptatione fratris ſui banniti, & interim retinēdum, donec, & vſq; quo aſſummantur memoratę informationes à Prætore Palantiæ. Marchiſonius Secr. *Gluſſianus not.*

X V I.

Vicario Truſſo refferente; Ordinatum fuit, Bartolomeum de Lucchis, Poſſidonium, Abundium, & Io. Baptiſtam Puteum, imputatos de attentata fuga è carceribus, cùm fractura parietis, mediātibus inſtrumentis ferreis, plecti debere tribus ictibus funis publicè, vz. Bartolomeum, & Poſſidonium, Puteum verò duobus tantum. Marchiſonius Secr. *Cruceius not.*

X V I.

Vicario Truſſo refferente; Ordinatum fuit, Franciſcū Foſſatum, qui in tortura cùm taxillo illata, confeſſus eſt diuerſas robarias, furcis ſuſpendi debere. Marchiſonius Secr. *Ortus not.*

Furcis ſuſpenſus 1.

X V I.

Capitaneo Archinto verbum faciente de Antonio de Coiris, imputato de homicidio animo deliberato patrato in perſonam Nicolai de Bicherijs; Ordinatum fuit, dandas eſſe litteras Illuſtriſ. Oratori Regio apud Summū Pontificem, ad effectum, vt iuxtà terminos iuris in poſterum circà qualitatem animi deliberati dignoſcendam, nulla habeatur ratio proceſſuum, qui contingent agitari corā Iudice Eccleſiaſtico, ſed vnicus attendatur proceſſus ſuper ipſo delicto agitatus in foro ſæculari, & layco. Marchiſonius Secr. *Meronus not.*

X V I I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Siluium de Guidis imputatum de ſcacco, & delatione armorum

contrà

contrà formam proclamatum cùm ſit foreſis, condemnandum eſſe in pœnam proclamatum vz. aureorũ 300. vel triremium triennalium in caſu inhabilitatis. Marchiſonius Secr. *Ortus not.* *Ad remũ I.*

XVII.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Io. Baptiſtam Bugattum imputatum de furto rerum magni valoris commiſſo in domo Chriſtophori Girammi eius Domini, & quod particeps fuerit furti nonnullarum pecuniarum in eadem domo facti per Lucretiam Pediſſequam ipſius Girami, torquendum eſſe ſuper participatione huius ſecundi furti, & vbi nihil emergat decenniò remigare debere. Marchiſonius Secr. *Bononia not.* *Ad remũ I.*

XVIII.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Gabrielẽ Anninum ſatellitem, imputatum de falſa relatione, interrogandum eſſe in tormentis, & vbi nihil emergat, abſoluendum. Poggius Secr. *Ortus not.*

XVIII.

Capitaneo Archinto refferente nonnullas preces porrectas per Co. Fabritium Serbellonum, attẽtis ferijs natalitijs; Ordinatum fuit, ipſum Com. fideiuſſori aureorum bis mille relaxari debere aſſignata domo pro carcere, ità tñ quod ei liceat accedere ad Eccleſiam proximiorem pro diuinis audiendis, & lapſis ferijs redeat abſq; alia monitione. Marchiſonius Secr. *Manzonus not.*

XVIII.

Vicario Truſſo verbũ faciente de Io. Baptiſta Fontana Vicentino, qui tortus, faſſus eſt ſacrilegium, argenteorũ in Eccleſia Territorij Bergomẽſis, cũ fractura Oſtioli, Tabernaculi; Ordinatum fuit, ipſum Fõtanam relaxari debere Sereniſsimæ Reipub. Venetæ ea lege, quod vbi non

afficiatur

Rẽmissus vt suspẽdatur. afficiatur ab eis vltimo supplicio, huc restituere illum teneantur. Marchisonius Secr. *Vallius not.*



M.D.XCIX.

M. D. XCIX.
DE MENSE IANVARII.

I I.



CAPITANEO Archinto refferente; Ordinatum fuit, Dominicum della Vigna Dominicum dictum el Merzapicca, & Io. Angelum Peliziam, imputatos de quattuor robarijs, furcis suspendi debere. Ghilinus Sec. *Furcis suspensi.* 3.

Cruceius not.

I X.

Capitaneo Archinto verbum faciente de præcepto trāsmisso Hieronymo Osio, ad instantiam Rectoris loci Biassoni, per Vicarium Criminalem Curiæ Archiepiscopalis, ad effectum, vt ipse Osius coram eo fideiuberet, de ipso præsbytero non offendendo, sub pæna aureorum 500. locis pijs applicādorum, & de excomunicatione ex post secuta, & de ijs qui scripserunt, & subscripserūt tale pręceptum, & de satellite, qui illud detulit; Ordinatū fuit, pro nunc, detinendos esse Horatium Rubeum sollicitatorem dicti Præsbyteri, & Ascanium Terzagum satellitem, procedendo contrà eos de turbata Iurisdictione Regia, nec relaxari debere in consulto Senatu, Cęterū, quod pertinet ad petitam facultatem per Osium, comparendi in foro Ecclesiastico, & petendi absolutionem, illam ei non esse denegandam, cùm ea conditione, vt nullo pacto in illo foro fideiubeat de non offendendo dictū Præsbyterum, sed apud acta ipsius Capitanei Iustitiæ. Landrianus Secr. *Cruceius not.*

X I I.

Capitaneo Archinto verbum faciente de voto curiæ circà Io. Baptistam Tenchium, qui auffugerat è carceribus,

cùm

cùm esset carceratus ex ordine S. Excell. & quod licet nō subessent sufficiētia indicia ad eū inquirendū de impicto delicto, bonū tamē esset, eum citare sub pœna corporali arbitraria Sen. Excellentiss. quod fieri non poterat, nisi mediante licentia Sen. Excellentiss.; Ordinatum fuit, memoratam licentiam, non esse concedendam, & persistendum esse in iàm ordinatis. Poggius Secr. *Manzonus not.*

X V I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Bernardinum Castellioneum, annorum XI. vel circà imputatū de Puericidio in rixa cōmisso, cùm proiectione lapidis, in personam Claudij de Morandis, ętatis pariter annorū 16. ad correctionem, & non ad pænam, loris cedi debere intrà carceres, tùm dimmitti, & relaxari. Poggius Secr. *Ardesius not.*

X V I.

Capitaneo Archinto verbum faciente de Horatio Rubeo detēto, occaxione turbarę Iurisdictionis, in cuius domo, facta diligēti perquisitione, nullę repertę fuerūt scripturæ facientes ad negotium de quo agebatur; Ordinatum fuit, ipsum Rubeum, absq; vlteriori examine, relaxandū esse fideiussori de se consignando, toties, quoties, & ad omnem requisitionem. Poggius Secr. *Cruceius not.*

X X I I I.

Capitaneo Archinto refferente indicia contrà Ascanium Terzagum existentia in causa illius percepti, inthimati Hieronymo Osio de non offendendo Rectore Ecclesiæ loci Biassoni, Relatoq; examine ipsius Terzaghi, & quod is Rector conquærebatur quod cùm pro tali percepto obtinendo adiuisset D. Capitaneum Iustitiæ, quærelatus fuerat in foro Archiepiscopali à seruo Osij, de turbata Iu risdictione,

risdictione Ecclesiastica; Ordinatum fuit, ipsum Terzagum, statuto ei termino ad faciendum suas deffensiones, relaxari debere fideiussori; Respectu verò dictę quęrelæ, per seruum Osij (vt asseritur) porrectæ, maxima vti debere diligentia pro habenda huius facti veritate. Besutius Secr. *Cruceius not.*

XXVII.

Vicario Trusso verbum faciente de processu per eũ instructo in causa furti cuiusdam Palij, & sicuti post quærelã porrectã, is, qui dictum Palium emerat, ad diuertẽdum processum, illud detulerat ad D. Prætorem, qui hac de causa recusabat remmittere causam, ea ratione, quod & ipse processum instruxisset; Ordinatum fuit, per vnum ex Regijs Fiscalibus, videndum esse vtrumq; processum, & decidendum, coram quo perfici debeat processus. Ghilinus Secr. *Ghisulphus not.*

XXVIII.

Capitaneo Archinto verbum faciente de detentione Ioannis Orelli, & Horatij de Toma, quærelatorum de inuasione status Regij, in naui armata, ad insequendum cũm scloppis rotatis, ac alijs tormẽtorum generibus, Petrum Homacinũ de loco Canobij, & quod ꝑ perfectione hui⁹ processus, necessaria erat personalis constitutio cuiusdã Michaelis Gartiæ, alias processati à Quæstore Mendotia, & relaxati fideiussori aureorum 200. Ordinatum fuit, dandas esse litteras præfato Mendotiæ, ad effectum, vt citari faciat fideiussorem dicti Michaelis ad eum consignandum, mox illum remmittat Capitaneo, qui perficienda perficiat. Ghilinus Secr. *Cruceius not.*

XXVIII.

Capitaneo Archinto refferente caussã Gulielmi Luaræ Casalensis, imputati de furto commisso in domo Io. Iacobi

Cribelli de Neruiano; Ordinatum fuit, eum benè torquendum esse, & vbi nihil emergat eijciendum, sub pœna triremium quinquennalium. Ghilinus Secr. *Veranus not.*

X X V I I I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Petrum Antonium Mantegatiam, filium satellitis, ætatis annorũ nouem, cuius podex à chirurgo visitatus, repertus fuit valdè dilaceratus, difformatus, & inflãmatus; Et examinatus, dixit, se præpostera libidine cognitum fuisse à Io. Baptista Ferario, appellato el Romano, qui ea occaxione in carceribus ipsius D. Capi. retinetur; Ordinatũ, inquã, fuit, dictum puerum, ductum etiam coram Senatu Excellentiss. & proximum potius infantili ætati, quàm pubertati, facta debita repetitione, & confrontatione cùm ipso Romano, relaxari debere, eo prius aliquantulùm loris leuiter cæso ad correctionem. Ghilinus Secr. *Valla not.*

X X X.

Vicario Trusso verbum faciente de allegata suspitione notarij Pereghi per Ioannem Antonium Pusterlã, patrem Pompei interfecti; Ordinatũ fuit, nulla subsistente causa suspitionis iustificata, ipsum Peregum non esse remouẽdum. Ghilinus Secr. *Peregus not.*

X X X.

Vicario Trusso verbum faciente de Ordinatione alias facta per Curiam, quod Dominicus Præseualius, & Benedict⁹ Cagnola, imputati de vulnerib⁹ animo deliberato occidendi, illatis Apolonio Sirturo, relaxentur fideiussori, & quod superuenerũt litteræ S. Excellentiss. vt inconsulto Senatu non relaxentur; Dictum fuit, Ordinationem Curiæ executioni mittendam esse. Ghilinus Secr. *Peregus not.*

X X X.

Vicario Trusso refferente statũ causæ Petri Pauli Chiodarelli

relli, in cōtumaciam ad furcas damnati, ob ſacrilegium, admiſſus fuit ad nouas deffenſiones per eum petitas. Ghilinus Secr. *Vallius not.*

1599. De Menſe Februarij.

IIII.

CApitaneo Archinto verbum faciente de Dominico, & Franciſco patre, & filio de Binago imputatis de vulneribus illatis famulo ipſius Curtij, noctis tempore, ſub anditu Ianuæ domus ipſius Curtij, credentibus eum eſſe Curtium, relatiſq; inditijs contrà eos exiſtentib⁹, Remmiſſit Senatus Excellentiſs. deliberationem Curiæ ſuper eius relaxatione. Landrianus Secr. *Cruceius not.*

IIII.

Capitaneo Archinto refferente multa impicta Equiti Ioāni Orello, Locarnenſi, & Horatio Thomæ; Ordinatū fuit, contrà dictos Equitem Orellum, & Horatium, non eſſe procedendum, niſi ſuper inuaſione ſtatus, nec ad formā alterius ordinationis Senatus relaxari debere, niſi prius vocato, ac examinato Michaele Gartia. Landrianus Secr. *Cruceius not.*

IIII.

Vicario Truſſo refferente; Ordinatum fuit, Franciſcum de Peronis imputatū de turbata poſſeſſione, ac vnione, Abſolui debere, Tomam verò Caſalem, ob ſpretam Regiam Iuriſdictionem, vnico ictu funis publicè plecti debere, & vlterius condemnari, ad reſarciendum damna illata Bernardino Senæ ob excauationem arenæ, mox relaxari debere, præſtita fideiuſſione de benè viuendo, arbitrio Senatus duratura. Landrianus Secr. *Cruceius not.*

X I.

Capitaneo Archinto refferēte causā Iacobi Forlani, imputati de furto auri,& argenti filati in pluribus vicibus cōmisso,in apotheca Io.Angeli de Ferarijs Domini sui, Attenta rēmissione facta per dictum Ferarium; Ordinatū fuit, ipsum Forlanum plecti debere tribus ictibus funis publicè. Poggius Secr. *Tirafrigius not.*

X I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Paulum de Torniellis Cerdonem,imputatum de pluribus incisionibus portinarum coraminis,factis diuersis caruchis, in hospitijs del Pater, & delle due spade, in P. Romana, Attentis rēmissionibus habitis,eius senectute,& aduersa valetudine,per præsentem Ciuitatem semèl tantùm fustigari debere,eo modo quo per ætatem fustigari potest. Ghilinus Secr. *Valla not.*

X V I.

Capitaneo Archinto verbū faciente de Laurentio Zanucco, & alijs complicibus ad numerū quindecim, qui mediāte fractura tentarunt fugam extrà carceres; Ordinatum fuit,duos tātùm,Laurentium Zanuccum, & Io. Baptistā Gauatium,sine præiudicio conuicti,torquendos esse super complicibus,auxiliatoribus,ac fautoribus. Marchisonius Secr. *Cruceius not.*

X V I.

Vicario Trusso refferente causam Augustini de Marris forensis,imputati de delatione armorum prohibitorū,pro quibus habuit gratiā, Item, quod bacculo apostatè percusserit Io. Paulum Ruscam, de quibus hauit rēmissionē sub conditione,quod præstet fideiussionem de nō offendendo; Ordinatum fuit,dictum Marrum esse torquendum super eo; An apostatè percusserit dictum Ruscam,

&

& vbi nihil emergat, absoluendum, & dimittendum, facto eidem pręcepto in faciē, quod termino dierū quattuor præstet requisitam fideiussionem, alioquin ab hoc Dominio recedat, sub pæna corporali arbitraria Senatui Excellentiss. & interim sub eadem pæna dictum Ruscā non offendat. Marchisonius Secr. *Ortus not.*

XVI.

Capitaneo Archinto refferente Statum causæ agitatum super concessione cuiusdam præcepti, facta per D. Merzagoram, ad fauorem Serennij Confalonerij, & in præiuditium Iulij Thealdi, nequid per Thealdum fieret de facto, in materia quarumdam aquarum, cuius occasione obtentis à Confalonerio litteris, quod viriliter procederet ipse D. Merzagora, Cōcesserat Capturā cōtrà Thealdum; Ordinatum fuit, dictam Capturam per ipsum Merzagoram concessam, benè concessam fuisse, exequēdamq; esse ordinationem Curiæ vltimo loco factam super eius confirmatione. Marchisonius Sec. *Peregus not.*

XVIII.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Franciscū de Simonibus imputatum de furto culcitrarum, ac paliorum extractorum è fenestris domuum noctis tempore, cùm hastili habente in eius summitate clauum aduncum, attento quod ei tria furta impinguntur, triēnio remigare debere, non obstante rēmissione de duob⁹ facta, *Ad remū 1.* Christoforū verò de Curtis, Antoniū Gugiarottū, & Iacobū Antoniū de Gianis, cui bina tantūmodò huius generis impinguntur furta, Attētis remmissionibus, relaxari debere cùm præcepto in faciem de benè viuendo, & incumbendo alicui exeratio sub pæna remi triennalis, si contrauenerint. Marchisonius Secr. *Valla not.*

XX.

X X.

Vicario Truſſo refferente; Ordinatum fuit, Franciſco Longono conſtituto reo de falſo teſtimonio, abſcindendam eſſe linguam, mox trienniò remigare debere. Marchiſonius Secr. *Negronus not.*

X X.

Capitaneo Archinto refferẽte cauſam quattuordecim reorum imputatorum de attentata fuga extrà carceres, cùm fractura parietum, cuius auctores fuerũt Laurentius Zanucchus Bergomẽſis, & Bartholomeus de Lucchis Cremonenſis, quinquenniò ad remum damnati; Ordinatũ fuit, duplicandum eſſe iſtis remum, ità vt decenniò remigent, & idem Io. Baptiſtæ Gauatio, qui trienniò remigare debebat, vt ſexẽniò remiget, alijs verò huius delicti complicibus, ad remum damnatis, biennium, vltrà perſtitutum tempus ad remigandum, eis addi debere, alios verò ad remum non damnatos, tribus ictibus funis publicè plecti debere. Marchiſonius Secr. *Cruceius not.*

Ad remũ VI.

X X.

Vicario Truſſo refferente; Ordinatum fuit, Stefanum de Zanis, & Baptiſtam de Toſinis Brixienſes, detentos de ſocietate Octauij Blanci pueri annorum 14. & Franciſci Bottæ Cremonenſium, detẽtorum cùm viſco, & inſtrumentis aptis ad extrahendas ex arculis Eccleſiarum pecunias, eijciendos eſſe ſub pęna corporali Senatui Excellentiſs. arbitraria, ſi pedem intulerint, Octauium ad correctionẽ, intrà carceres loris cedi debere, Bottam manu carentem, & remo inhabilem, fuſtigãdùm publicè, mox dimmittendum cùm præcepto in faciem de benè viuẽdo, & incumbendo alicui exercitio, ſub pœna vitę, ſi cõtrauenerit. Ghilinus Secr. *Cruceius not.*

1599.

IIII.

CApitaneo Archinto refferente causam Io. Angeli Fadigari, imputati de conficto furto sibi facto de ducatonis 194. ad finem, ne illos persolueret creditori suo, cui illos soluere promisserat; Ordinatum fuit, ipsum Fadigatũ absolui debere à Criminalitate; verũ cũ sit forẽsis, & nihil possideat in hoc Dominio, non relaxari debere, nisi satisfacto, vel cauto reddito creditore suo. Ghilinus Secr. *Vallius not.*

IIII.

Vicario Trusso refferente informationes sumptas super insolentijs Thomæ Bassij Castronouẽsis, qui eripuit è manibus nonnullorum litteras Reuerendiss. Episcopi Dertonensis, illasq; in ignem proiecit; Ordinatum fuit, cùm adhucusq; detineri non potuerit, citari debere ipsũ Bassium, sub pęna etiam corporali Sen. Excellentiss. arbitraria. Ghilinus Secr. *Ghisulphus not.*

IIII.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Franciscum Coirum imputatum de Blasphemia attroci, & de duob9 insultibus, pręcedente inimicitia, factis, torquendum esse, & vbi nihil emergat absoluendum. Ghilinus Secr. *Peregus not.*

IIII.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Io. Baptistam Carariam imputatum de insultu præcedente inimicitia cùm cultro facto Iosepho Briosco, & de furto ormesini valoris libr. 25. benè torquẽdum esse, & vbi nihil emergat triennio remigare debere. Ghilinus Secr. *Gratarola not.* *Ad remũ 1.*

IIII.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Io. Baptistam de

de Paduanis Cremonensem, Iacobum Antonium Gianum, & Iacobum Filippum Carolum, imputatos, quod sint otiosi, & vagabundi, trienniò remigare debere excepto Io. Baptista, qui, vti bracchio attract⁹, & remo inhabilis, quinquenniò exulare debebit. Ghilinus Secr. *Manzonus not.*

V I.

Capitaneo Archinto refferente ex ordine Illustriss. Præsidis Senatus indicia resultantia contrà Co. Fabritium Serbellonum circà necem Patrocinij, quæ sanè leuia erant, & nullius considerationis; Ordinatum fuit, pro memorata Patrocinij causa, ipsum Co. rebus stantibus, non esse molestandum, sed è domo sublata fideiussione relaxandum. Ghilinus Secr. *Manzonus not.*

I X.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Hieronymum de Sonico Bergomensem, imputatum de defloratione puellæ annorũ octo, vel circà, per vim facta, benè esse torquendum, & vbi nihil emergat absoluendum. Besutius Secr. *Cruceius not.*

I X.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Io. Baptistam Martignonum, qui fassus est diuersa furta trienniò remigare debere. Landrianus Secr. *Tirafrigius not.*

Ad remũ 1.

I X.

Capitaneo Archinto verbum faciente de Io. Baptista Ferario qui occasione fracturæ carcerum condemnatus fuerat in tribus ictibus funis publicè, & visitatus ob debilitatem brachij iudicatus fuit inhabilis; Ordinatum fuit, ei irrogandam esse torturam cũ brachio solo, vel eo modo quo torqueri potest. Landrianus Secr. *Cruceius not.*

I X.

Capitaneo Archinto legente in Excellentiss. Senatu nonnullas

nullas preces porrectas per Ioannem Orellum Equitem, & Horatium Tomam petentes se relaxari fideiussori, attento, quod statutus fuerit fideiussori Gartiæ terminus ad certiorandum dictum Gartiam principalem; Ordinatũ fuit, supplicantes esse relaxandos per mensem data per eos idonea fideiussione de redeũdo ad carceres lapso mense, & interim toties quoties. Landrianus Secr. *Cruceius not.*

X I.

Vicario Trusso refferente indicia contrà Pompeum Mazuchellũ, appellatum Cantarinum, existẽtia, circà vulnera illata P. Paulo Vicecomiti, & eius famulo, cùm robaria pecuniarum ad stratam sibi noctis tempore facta, in præsenti Ciuitate; Ordinatum fuit, dictum Pompeum super memorato delicto acriter, & adhibito taxillo torqueri debere. Landrianus Secr. *Cruceius not.*

X V I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Bernardinum de Molis, imputatum de homicidio in personam Gasparis Rioz Hispani, qui insequebatur personam Illustriss. & Excellentiss. Co. Harri, triennio exulare debere abhoc Dominio, sub pæna remi triẽnalis, vbi pedem intulerit. Poggius Secr. *Valla not.*

X V I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Io. Baptistam Ferarium, appellatum el Romano, imputatũ, quod præposterà libidine cognouerit Petrum Antoniũ Mantegatiam puerum annorum 10. vel x1. filium vnius satellitis, Itẽ, quod etiam cognouerit alterum puerum filium cuiusdam Catherinæ de Tonis, bis, acriter torqueri debere, pro prima vice, simpliciter, secunda, adhibito taxillo, & vbi nihil emergat, diffinitiuè nihilominus caussam refferri debere. Poggius Secr. *Valla not.*

F XVII.

XVII.

Lectis in Senatu precibus P. Pauli Vicecomitis Illustriss. ac Excellentiss. Gubernatori datis, & ad Senatum remmissis Dictũ fuit, concedi posse impunitatem, & liberationẽ duorum bãnitorum ex casu gratiabili, illi, qui ex ipsis delinquentibus, qui termino duorum mensium comparuerit ad dicendum veritatem (modò nõ sit principalis) & subministrauerit indicia ad pœnã extraordinariã, vel rigorosum examen, sufficientia; Respectu vero eorũ, qui delicto, & tractatui dictæ robariæ, non interfuerunt, sed de illo scientiã habent, aut post commissam robariam de illa participarunt, cõcedi posse impunitatem vni ex eis, qui cõparuerit, & subministrauerit indicia, vtsuprà, addito præmio pecuniario, oblato per partem. Poggius Secr. *Cruceius not.*

XVIII.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Io. de Argentinum Romanum, tamquàm forẽsem, captum cùm armis, contrà formam proclamatum, non obstantibus deffensionibus per eum factis quod se conferret Brignanum, recreationis causa; torquendum esse super veritate facti, & vbi nihil emergat, absoluendum. Poggius Secr. *Vallius not.*

XVIII.

Vicario Trusso verbum faciente de Dominico Brambilla inquisito de mandato dato Io. Ambrosio Gariboldo ad interficiendum Alexandrum Marchesium offitialem Prouisionum huius Ciuitatis; Ordinatum fuit, ipsum Brambillam, citari debere sub pæna trium ictuum funis publicè irrogandorum. Poggius Sécr. *Meronus not.*

XVIII.

Vicario Trusso refferente caussam Iacobi Bestij Placentini, qui

qui tortus cùm taxillo, confeſſus eſt furtum apothecæ Montignanorum, poſteà exculpatus fuit à Iacobo Lanzetto Cerdone vltimo ſupplicio ea de cauſſa affecto, Et quod Antoninus Buſſolinus Cremonenſis ætatis annorum 17. qui dicitur complex eiuſdem furti, ob vulnus graue, & incurabile in tergore acceptum, ad remum, & ad fuſtigationem reperitur inhabilis; Ordinatum fuit, Beſſium ab impictis eſſe abſoluendum; Antoninum verò, perpetuo exilio ab hoc dominio damnãdum, ſub pæna vitæ, ſi pedem intulerit. Poggius Secr. *Meronus not.* *Ad remum 1.*

X X V I I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Petrinum de Ferarijs imputatum de quattuor robarijs ad ſtratam, & grauatum depoſitionibus duorum complicum, quorum vnus fuit furcis ſuſpenſus, alter ad remum damnatus item, & attentis eius deffenſionibus, & fide ætatis, quinquẽniò remigare debere. Marchiſonius Secr. *Ortus not.* *Ad remum 1.*

X X X.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Io. Baptiſtam Ferarium appellatum el Romano confeſſum, quod præpoſtera libidine cognouerit duos pueros, vnum annorum 13. alterum annorum decem, vel nouem; igni tradendum eſſe. Beſutius Secr. *Valla not.* *Ad ignem 1.*

X X X.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Octauiũ Sfortiã Capitaneũ Ægiptorũ, imputatum de delatione capillaturæ longhæ, & pendoni, vt vulgò dicitur, à liuera, & quod commoratus ſit in hoc Dominio contrà formam proclamatum, quod tamen in deffenſionibus allegabat ſibi licuiſſe, cùm eſſet in intinere, & per quattuor

dies ante festum Annunciationis Beatissimæ Virginis, plectendum esse tribus ictibus funis publicè, posteà relaxandum, restituto ei spolio ab ipsis Baruerijs facto. Besutius Secr, *Valla not.*

X X X.

Capitaneo Archinto verbum faciente de detentione Pomponij Fasolij, imputati de quadam notificatione per eum compillata, contrà famam, ac existimationem I. C. Fossani, Serennij, & Casati, lectaq; ad verbum ipsa notificatione; Ordinatum fuit, ipsum Fasolium esse relaxandum absq; fideiussione, admittiq; debere ad ꝓbandum cōtēta in notificatione, si illa probare voluerit, Et in omnē casum, ex offitio, per ipsum Capitaneū, aliosq; Iudices, procedēdum esse ad expeditionem caussarum de quibus in ipsa notificatione, vt veritas omniū habeatur, reseruata etiam ipso Fasolio facultate consequendi damna, & expensas, versus eos, ad quorum instātiam detentus fuit. Besutius Secr. *Meronus not.*

X X X.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Io. Iacobum de Regibus de Ello, imputatum de furto aureorum quadringentorum, ablatorum Ioanni Lambergt Gallo, in Ciuitate Papiæ, cùm suppositione dupplarum ex auro calco, attenta remmissione, relaxandū esse præstita prius fideiussione de se consignando, toties, quoties fuerit requisitus, memorato processu durante. Besutius Secr. *Veranus not.*

X X X.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Virgilium Meliauaccam, imputatum de duobus furtis, Vno, annulorū torquiū, & auri combusti, valoris aureorum 50. Altero,

duorum

duorum annulorum, valoris aureorũ sex, & de blasphemia attroci; respectu primi furti, ac blasphemię, torquẽdum esse, & vbi nihil emergat, dimmittendum, cũ præcepto in faciem, vt in posterum benè viuat sub pæna triremium triennalium, si contrauenerit, respectu secundi furti, absolui debere, attenta remmissione. Besutius Secr. *Ardesius not.*

1599. De Mense Aprilis.

I.

CApitaneo Archinto verbũ faciente de Ioanne Biscaino imputato, ad quærelam fratris Hortẽsij Bottæ, de diuersis peccuniarum summis eidem furto subtractis, dum illas commisisset dandas diuersis personis, & de remmissione facta per dictum fratrem; Ordinatũ fuit, Curiam super eius relaxatione deliberare debere. Besutius Secr. *Cruceius not.*

I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Io. Antonium Moronum imputatum de duobus incẽdijs, vz. vnius tugurioli palearũ, & scapharũ bladorum, existentium in quadam vinea, quam prætendebat suam, & de vulneribus illatis Bernardino de Cotijs, cùm insultu, & insolentia, item de prima euaginatione, & insultu, cùm vulnere in Roccum Moronum eius patruum, esse benè torquendum super his omnibus, & vbi nihil emergat, antequam relaxetur, cogendum esse ad fideiubẽdum de benè viuendo, & ei præcipiendum, ne defferat arma sub pęna corporali Senatui arbitraria. Besutius Sec. *Ortus not.*

I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Io. Antonium

nium Villanouam imputatum de furto vnius Traphirę, ad q̃relã Io. Pauli Plateę, itẽ de alijs furtis, factis diuersis aurificibus de quibus nõ extat quærela, & quod sit otiosus, & vagabundus, trienniò remigare debere, nec expleto trienniò admitti debere, nisi præstita fideiussione de
Ad remũ 1. benè viuendo. Besutius Secr. *Tirasrigius not.*

I.

Vicario Trusso verbum faciente de Iacobo Torto Castronouense, capitaliter bannito; Ordinatũ fuit, dandas esse litteras ad Prætoribus Viquerię, & Pontiscuroni, vt quãprimũ status caussarum pænes eos existentiũ transmittant, mox omnia, vnico contextù, refferantur. Besutius Secr. *Valla not.*

I I I.

Capitaneo Archinto verbũ faciente de Fiordelice Ægiptia, carcerata, quia contrauenerit præcepto sibi de exeundo dominium sub pæna fustigationis, ac alia corporali, arbitraria Senatui Excellentissimo; Ordinatum fuit, exequendam esse pænam fustigationis ei cõminatam, tum eijciendam, sub pęna abscitionis auricularum, vbi pedẽ in dominium intulerit. Besutius Secr. *Bononia not.*

I I I.

Vicario Trusso verbum faciente de Petro Martire Bogerio, imputato de otiositate, & conuersatione cùm bannito, ad quærelam Francisci Fayni, qui calumnia carere non videbatur; Ordinatum fuit, ipsum Bogerium in carceribus retinendum esse, & interim per Vicarium faciendam esse diligentiam, pro detegenda calumnia, si qua adest. Besutius Secr. *Fliscus not.*

I I I.

Vicario Trusso verbum faciente de Pompeio Mazuchello imputato de robaria noctis tempore commissa in hac

Ciuitate,

Ciuitate in via publica, in personã P.Pauli Vicecomitis, qui tortus cũ taxillo, nihil fassus fuerat, & graui morbo laborabat; Ordinatũ fuit, ipsum Mazuchellum relaxari debere sub ea fideiussione, quam præstare poterit, assignata ei domo pro carcere, & sub ea lege, quod statim, atq; conualuerit, redeat. Besutius Secr. *Cruceius not.*

X X.

Vicario Trusso refferẽte statũ causę Antonij della Chà, capitaliter banniti ob furtum notabile; Ordinatum fuit, denuntiata morte super alijs, & complicibus, esse torquendum, mox pro executione memoratæ condemnationis, furcis suspendi debere ità quod moriatur. Saccus Secr. *Ardesius not.* *Furcis suspensus* 1.

X X.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Franciscum Glussianum Modoetiensem, imputatum de delatione tormentorum rotatorum longioris, ac breuioris mensuræ, & de explosione tormenti rotati breuis, aduersus Hieronymum Driantum, perpetuò remigare debere. Saccus Secr. *Peregus not.*

X X I I.

Vicario Trusso refferẽte status causarum Hieronymi Grauedonæ, bis capitaliter damnati in pænam furcarum, ità quod trahatur ad caudam equi ad locũ supplicij, ob duas robarias ad stratam cõmissas; Ordinatum fuit, prædictas condemnationes in ipsum Grauedonam, exequendas esse. Saccus Secr. *Cruceius not.*

X X I I.

Vicario Trusso legente inquisitionem de homicidio in rixa patrato per Iacobum Philippum Cinisellum ætatis annorum 16. Ordinatum fuit, ipsum Cinisellum sub pæna remi triẽnalis citari debere. Saccus Sec. *Meronus not.*

XXII.

X X I I.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Dionisium Beriam, imputatū de percussionibus apostatè datis Ernesto de Claris, tribus ictibus funis publicè plecti debere. Saccus Secr. *Meronus not.*

X X I I.

Vicario Trusso legente inquisitionem formatam contrà Bassianū, famulū Hieronymi Valerani, in loco Locati, imputatum de homicidio in rixa; Ordinatum fuit, ipsum Bassianum citari debere sub pęna ét corporali Senatui arbitraria. Saccus Secr. *Peregus not.*

X X I I.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Iacobum de Senterijs forensem, imputatum de furto cortinarum ex serico, abscisarum, & ablatarum per eū à duabus rhedis, & straguli pariter rhedarij, valoris libr. centum, & octo, publicè fustigandum esse, & insuper quinquēniò remigare debere. Saccus Secr. *Peregus not.*

X X I I.

Vicario Trusso refferente frequētes robarias, quę committuntur in regione plebis Vgloni, ac alijs locis infæudatis; Ordinatum fuit, Vicarium prædictum, vti delegatum in ijs caussis, procedere debere, applicādo pænas ijs quibus de iure. Saccus Secr. *Manzonus not.*

1599. De Mense Maij.

V I.

CApitaneo Archinto verbum faciente de Cæsare Casamara imputato, quod præpostera libidine cognouerit P. Antonium Mantegatiam filium satellitis; Ordinatum fuit, ipsum Casamaram citari debere, primo pręceptis

ceptis pecuniarijs, secundo sub pęna conuicti, & confessi criminis. Marchisonius Secr. *Valla not.*

V I.

Capitaneo Archinto verbum faciente de inquisitione formata contrà Maulum Rosamarinam, Vigleuanensem, circà mandatum ab eo datum ad vulnerandum in faciẽ Reuer. Morandum de Collis, Canonicum Vigleuani; Ordinatum fuit, dictum Rosamarinam in pænam remi decennalis condemnari debere. Marchisonius Secr. *Negronus not.*

V I.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Io. Ambrosium de Gariboldis, imputatum de vulneribus illatis Alexandro de Marchesijs, Offitiali Prouixionum, tribus ictibus funis publicè plecti debere, tùm condemnari in pænam abusus, & vulnerum, & in damnis versus partem. Saccus Secr. *Meronus not.*

V I.

Vicario Trusso refferente statũ causę Pauli Modesti, banniti, & ad furcas damnati, ob furtum aureorum 750. commissum in loco Carugati; Ordinatum fuit, dictũ Modestum denuntiata morte, super alijs, & complicibus, torqueri debere, mox pœnam furcarum, in eum exequendam esse. Marchisonius Secr. *Manzonus not.*

V I.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Io. Paulum Vlmum imputatum de furto Crumenæ, & annuli valoris aureorum 25. in Ecclesia Rosæ, ætatis annorum 18. sed capitis morbo laborãtem, qui alopetia nũcupatur, cuius causa remiges reijci solẽt, esse Loris, publicè, cedendum, mox ferro accenso, eidem caracterem in tergore imprimendum, tùm, dimmittẽdum, cùm præcepto in faciem, de benè viuendo, & alicui exercitio incumbẽdo, sub pę-

na corporali, Senatui arbitraria. Marchisonius Secr. *Ardesius not.*

V I.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Balthesarem Cermignagam, imputatum de furto peccuniarum ex arcula elemosynarum, & quod sit otiosus, & vagabundus publicè fustigandum esse; tùm impressa eidem nota, cũ ferro candēti in tergore, dimmitti debere cùm præcepto in faciem, de benè viuendo, & alicui exercitio incumbẽdo, sub pœna triremium triennalium. Marchisonius Secr. *Ardesius not.*

V I.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Hieronymum de Ambrosonibus, imputatum de binis insultibus noctis tempore factis Io. Mariæ de Marzarijs, & vulnere eidem illato, & delatione tormenti rotati breuioris mensuræ, super impictis, benè torquendum esse, & vbi nihil emergat, absoluendum. Marchisonius Secr. *Peregus not.*

X I.

Capitaneo Archinto verbum faciente de Agapito Bolino, Syndico Oppidi Sereuallis, detēto ex ordine Senatus, imputato, quod associatus multis, ad numerũ triginta, ingressus sit prætorium dicti Oppidi, in quo erat nuntius Prætoris Dertonæ, eumq; brachio appræhensum, vi, & minis, deorsum traxerit, cõtradicentem, & reluctantem, ac demum coegerit, exemplum præcepti in dicto Oppido iam ab eo affixum, deripere, & aufferre, mãdans, Prætori Dertonæ renũtiare, præcepti hanc affixionem, fuisse ab ipso Agapito prohibitam; Ordinatum fuit, transmittendas esse ipsi Prætori Dertonæ, & fisco, citationes, cùm termino ad subministrãdum, quo elapso, vbi nihil superuenerit, super eius relaxatione Senatus deliberabit. Besutius Secr. *Glussianus not.*

X I.

X I.

Capitaneo Archinto verbum faciente de tortura illata Paulo Modesto ad furcas damnato, qui ad simplicem mortis enunciationem, confessus est tria alia furta, vltrà furtum pro quo condemnatus fuit ad furcas; Ordinatum fuit, exequendam esse in eum pœnam furcarum, & pro repetito, & cõfrontato haberi debere, quoad omnes per eum nominatos, & grauatos. Besutius Secr. *Manzonus not.* *Furcis suspensus* 1.

X I.

Capitaneo Archinto refferente causam Augustini Quaresimæ, & Dominici de Scappis, appellati el Rabiado, imputatorum, quod sint otiosi, & vagabundi, & de furto nasistergij cùm peccunijs, & quod sint soliti vitam traducere super gradib⁹ Ecclesiæ maioris, cũ illis furibus, & Quaresima, quod commisserit homicidium vsq; de anno 1595. quo tempore minor annorum duodecim iudicatus, Loris cæsus intrà carceres, dimmissus fuit; Ordinatũ fuit, dictũ Quaresimã, diligẽter interrogari debere in tormẽtis super dicto furto, & vbi nihil emergat, trienniò remigare debere, & finito tempore, non admitti debere in dominium, nisi præstita fideiussione de benè viuendo, & alicui exercitio incumbendo, sub pęna Senatui Excellentiss. arbitraria; Rabiadum verò, attenta eius minori ętate, benè Loris cedi debere intrà carceres, tũ dimmitti, cùm præcepto de benè viuendo, & incumbendo alicui exercitio, sub pœna corporali Sen. Excell. arbitraria. Besutius Secr. *Ardesius not.*

X I I I.

Capitaneo Archinto verbum faciente de informationibus sumptis super nouitate, quam Com. Barbiani prætendebant factam à Co. Theodoro Triuultio in eorum rugia appellata, la Carlesca; lectisq; eodem actu per

Mag. Senatores Sesse, & Madium, ambarum partium precibus; Ordinatú fuit, statim per ipsum Capitaneum transmitti debere præcepta pænalia vtriq; parti, ad effectum, vt sub pęna aureorum quinquemille, tàm ipse Co. Theodorus, quàm Co. Barbiani, illicò recedant, nec amplius reuertantur, nec audeant in futurum accedere ad Molendinum, & locum Vicimaioris, partesq; circumstantes, sine speciali licentia Senatus, & sub eadem pęna, remoueant omnes, & quoscumq; homines, qui per eos ibi detinentur, nec amplius illos ad dicta loca transmittant, præcipiendo etiam dictis hominibus, vt sub pæna corporali Senatui Excellentiss. arbitraria, confestim, à dicto loco Vicimaioris, partibusq; circumstantibus, recedant, nec amplius redeant. Tùm statim ipse Capitaneus super loco se conferat, assummatq; informationes, tàm super dicta nouitate, quàm super summarijssimo possessorio, à personis, arbitrio ipsius Capitanei, non suspectis, mox omnia Senatui Excellentiss. refferat, consultius super omnibus deliberaturo. Besuti⁹ Secr. *Bonon. not.*

XIII.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Dyonisiú de Iudicibus, & Georgium Castellioneum, appellatum el Picca Prede, imputatos de robaria ad stratam, noctis té- *Ad remú 2.* pore commissa in hac Ciuitate, ascendente ad summam aureorum 4. cùm dimidio, decennió remigare debere. Besutius Secr. *Ghisulphus not.*

XIII.

Vicario Porta vti prorogato refferente; Ordinatum fuit, Camillum Brenam imputatum de auxilio, & assistentia ad homicidum, animo deliberato patratum per Carolú eius filium, in personam Hieronymi Zucchæ, benè torquẽdum esse, eo meliori modo, quo per ætatem torque-

ri

ri poteſt,ſuper eo, An inſtigauerit, & conſenſerit, & vbi nihil emergat,dimmittendum,rebus ſic ſtantibus,cùm eo, vt exulet à loco Brenæ per miliaria 10. procul per quinquennium,& vlterius arbitrio,& pręſtet fideiuſſionem de ſeruando dictum exilium, & de benè in poſterũ viuendo. Beſutius Secr. *Peregus not.*

X V.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Octauiũ Caninum,Bergomenſem,imputatum de delatione armorum,contrà formam proclamatum, & de Brauo, & otioſo,trienniò remigare debere,vltrà duodecim Annos quos remigare habet. Landrianus Secr. *Meronus not.* *Ad remũ 1.*

X V I I I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Alexandro de l'Horto imputato, quod vendiderit rem duobus ad quærelam Dauidis Paueſij,ſtatui debere terminũ dierum octo perhemptorium ad faciendum ſuas deffenſiones,quo elapſo,abſq; vlteriori mora,ad expeditionẽ cauſæ deueniendum eſſe. Poggius Secr. *Meronus not.*

X V I I I.

Capitaneo Archinto verbum faciente; Ordinatum fuit,ſuper expoſitis à Petro Angelo Siſino,de prauis moribus Io. Baptiſtæ eius filij,qui pluries fuit detentus, debitas aſſummi debere informationes,tùm illis aſſumptis,verbum in Senatu denuò fieri debere.Poggius Sec. *Meronus not.*

X V I I I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit,Cæſarinũ Ciſonum,qui iamdiù detinetur in carceribus,petitq; cõmutationem cõdemnationis ad remum per quinquennium, & petens gratiam condemnationis, contrà ſe capitaliter ſecutæ,ob violẽtiam illatam quibuſdam mulieribus, & fugam è carceribus factam,dixit,ſe nullam

aliam

aliam habere imputationem, cùm tamen anno præcedéti ob homicidium, præceptis pænalibus citatus fuisset, excusandum esse à dolo, circà hãc subreptionem gratię, cuius nulla habenda erit ratio; Et propterea dandas esse litteras Prætori Besutij, vt tàm super delicto pro quo obtinuit gratiam, quàm super alijs imputationibus, ad vlteriora procedat, perficiẽdo, perficienda, mox omnia ad Senatum refferat, verbum etiam faciẽdo de ista commutatione pænæ ab eo petita, & de eius inhabilitate ad remum. Poggius Secr. *Ortus not.*

X V I I I.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Io. Ambrosium Cribellum, imputatum de iniurijs dictis cõtrà matrem, à qua habuit remmissionem, & vlterius de retentione, & delatione stiletti; & quod abstulerit palium Dionysio Macabino torquendum esse super delatione, ac retentio stiletti; & vbi nihil emergat, absolui, cùm præcepto in faciem, vt benè viuat, & alicui exercitio incumbat, sub pæna corporali Sen. Excell. arbitraria. Poggius Secr. *Peregus not.*

X X I.

I. C. Porta prorogato, verbum faciente de Camillo Brena, quem Senatus mandauerat torqueri super auxilio, & instigatione ad homicidium animo deliberato patratum per Carolum eius filium, in personam Hieronymi Zucchæ, & quod visitatus à Physico, & Chyrurgo, repertus fuit adeò malè affectus, vt sine periculo vitæ, nec igne, *Ad remũ 1.* nec fune torqueri poterat; Ordinatum fuit, loco torturæ addendum esse biennium exilij, prædicto exilio, ità vt dictus Camillus exulet septenniò, & vlterius arbitrio Senatus, cũ condictionibus, ac formis, de quibus in priori

ri

ri decreto. Besutius Secr. *Peregus not.*

X X I I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Margaritam Cusanam, appellatã la Moretta, & Io. Ioachim, imputatos de furto ducatonorum 50. ad quærelã Clementiæ Reynç, torquendos esse super veritate facti, & vbi nihil emergat, absoluendos, facto eis præcepto in faciem, ne simul amplius comercium habeant, sub pæna corporali, Senatui Excellentiss. arbitraria. Ghilinus Secr. *Meronus not.*

X X I I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Dominicum de Ello imputatum de sex furtis, septenniò remigare debere. Ghilinus Secr. *Manzonus not.* *Ad remũ 1.*

X X V I I.

Capitaneo Archinto verbum faciente, de suspitionibus, & indicijs resultantibus contrà Petrum Brunattum de loco Alberij, & Franciscum Pioltinum de loco Gambaloytæ, quod fuerint participes derobationis factæ Andreæ de Aliatæ, & quod, cùm Curia decreuisset ambos subijcere torturæ, ad eruendam veritatem, facta fuerat præuentoria nomine Pioltini; Ordinatum fuit, ea non obstante, arbitrio Curiæ, ipsum Pioltinum torquendum esse. Saccus Secr. *Vecchius not.*

X X V I I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Christoforum Forlanum, imputatum de furto vuarum, & delatione scloppi rotati parui, torquendum esse, & vbi nihil emergat, absoluendum, nec amplius molestandum. Saccus Secr. *Tirafrigius not.*

X X V I I I.

Capitaneo Archinto verbũ faciente de Dionysio Triuiolo

de

de anno 1593. in cõtumaciam damnato in pænam furcarum,& confiſcationis bonorum,pro robaria,& violẽtia illata mulieri, & quod iſte tamquàm caporalis tempore quo colligebat milites, cùm diuerſis conuerſatus fuerat; Ordinatum fuit, dandas eſſe litteras Vicario Marthеſanæ, ac Prætori Ripaltæ, vt tranſmittant ſtatus cauſſarum pro quibus condemnatus fuit, & interim ſuperſedeatur à moleſtia illis inferenda cùm quibus conuerſatus eſt. Saccus Sec. *Meronus not.*

1599. De Menſe Iunij.

III.

CApitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Io. Antonium Dauerium,imputatum de ſuppoſitione ſcloppi rotati in domo Pauli Camilli Corſici eius ſoceri, trienniò remigare debere, & condemnandum eſſe in omnibus damnis, ac expenſis verſus partem. Landria-

Ad remũ 1. nus Secr. *Ardeſius not.*

VII.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Georgiũ Caſtellatium lapicidam,iam decenniò ad remum damnatũ, pro robaria, noctis tempore commiſſa, in hac Ciuitate,mox inditiatum à duobus complicibus de attrociſſimis blaſphemijs in præpotentem Deum,qui tamen non ſunt conteſtes,reſpectu loci, & temporis;benè torquendum eſſe ſuper memoratis blaſphemijs, & vbi nihil emergat,exequendam in eum eſſe memoratam pænã remi decennalis. Marchiſonius Secr. *Ghiſulphus not.*

VIII.

Capitaneo Archinto verbum faciente de modo, & forma informationis aſſummẽdæ ſuper ſummarijſſimo aquarum

rum possessorio inter Co. Barbianos,& Co. Theodorum Triuultium, & quomodò intelligenda sit ordinatio Senatus Excellentiss. facta sub die 13. Maij præteriti; Ordinatum fuit, respectù vnionis gentium, & delationis sclopporum rotatorum, procedendum esse in causa querelæ, respectù verò summarijssimi aquarum possessorij, exequendam esse memoratum Senatus ordinationem, vt sumptis informationibus à personis nõ suspectis, Senatus manutenendos manutenere possit. Poggius Secr. *Bononia not.*

X V.

Capitaneo Archinto verbum faciente de indicijs resultantibus contrà Franciscum Pallauicinum appellatum el Zauaino, imputatũ de instigatione, & participatione cuiusdam mandati dati ad occidendum Io. Antonium Porrum, & Franciscum Mariam Meronum; Ordinatum fuit, dictum Zauainum, pro veritate habenda, torqueri debere addibito etiam taxillo, si ità Curiæ videbitur, nõ obstante quacumq; præuentoria eius nomine facta. Marchisonius Secr. *Gisulphus not.*

X V.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Franciscũ de Donesis, appellatũ, el Pozzino, imputatũ de diuersis furtis, & ab alijs furibus enuntiatum auctorem illarum steccarum lignearũ, cùm quibus, visco adspersis, extrahãtur nummi è capsulis elemosynarum, furcis suspendi debere, alios infrascriptos fures, videlicèt, Philippũ Villam, appellatum, el Piccaprede, bis fustigari debere per Ciuitatẽ, mox dimmitti, impressa eidem nota cũ ferro candenti, & cum præcepto in faciem, de benè viuendo, & incumbendo alicui exercitio, sub pœna corporali Senatui Excellentiss. arbitraria; Io. Baptistam Martignonũ torquendum esse super furtis de quibus grauatur à com-

Furcis suspensus 1.

H plicibus,

plicibus, & vbi nihil emergat, exequendam esse in eum pænam iam indictam, remi triennalis; Ludouicum de Leonibus dictum el Matto, Oliuerium de Barberijs, &
Ad remũ 3. Ambrosium Mantellum, trienniò remigare debere; sed antequam isti ad triremes conducantur, prius conduci debere per Ciuitatem de societate Pozzini ad locum supplicij, qui ibidem suspendi debebit, ad eorum præsentiam. Marchisonius Secr. *Manzonus not.*

XVII.

Capitaneo Archinto verbum faciente de Iosepho Cribello, inquisito de homicidio in personam Baptistæ Applani Olitoris, pręcedente verborum contentione, attenta eius minori ætate, & remmissione; Ordinatum fuit, ipsum Cribellũ citari debere sub pæna remi decennalis. Marchisonius Secr. *Ællius not.*

XVII.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Aloysium Cagnolam, equitem leuis armaturæ, repertum cum styletto, & scloppo rotato breuioris mensuræ, propè ei⁹ domũ, perpetuò remigare debere, relaxata ei pęna procla-
Ad remũ 1. matum, attenta eius bona qualitate. Marchisonius Sec. *Taliabos not.*

XVII.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Lælium Cugionum, imputatum de delatione capillaturę ob lunghæ, ac alijs imputationib⁹, à quibus liberatus fuit, trib⁹ ictibus funis publicè plecti debere, cùm inscriptione delicti collo appensa, mox trienniò exulare debere, à quo tamen exilio, valeat se redimere, solutis scutatis ducentum in constructionem nouorum carcerum. Marchisonius Secr. *Tirafrigius not.*

XVII.

XVII.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Antoniũ Caluettum imputatum de vagabundo, & delatione armorum cùm sit forensis, eijciẽdum esse ab hoc dominio, sub pęna remi triennalis, si pedem intulerit. Marchisonius Secr. *Vallius not.*

XVII.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Franciscum de Blanchis, imputatum de iniurijs prolatis in personam I. C. Vincentij de Stephanis, in die Dominico Oliuæ, in Ecclesia S. Viti, in actu quo dictus Vincentius à sacro fonte baptismatis suscipiebat infantem, trienniò remigare debere. Marchisonius Secr. *Ardesius not.* *Ad remũ I.*

XXII.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Franciscũ Consonum, appellatum el Lazarino, imputatum de robarijs, & insultibus factis diuersis personis in loco Marliani, omnibus computatis trienniò remigare debere. Ghilinus Secr. *Taliabos not.* *Ad remũ I.*

XXII.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Oldradũ Fontanam, & Flaminium Ripam, Barbitonsores, imputatos, quod noctis tempore accesserint ad domum Magdalenæ Glussianę, tentantes eam per vim à tergo cognoscere, debito tñ modo, blasphemantes, ac defferentes diuersa armorum genera, contrà formam proclamatum; benè torqueri debere super dicta delatione armorum, & vi illata dictæ mulieri, & Oldradum super blasphemia, & vbi nihil emergat, relaxari debere præstita fideiussione de non offendendo dictam Magdalenam, & eius filium. Ghilinus Secr. *Manzonus not.*

X X I I.

Capitaneo Archinto verbum faciente de inquisitione formata contrà Franciscum Chiapponũ, quod auctor fuerit digludiationis inter nonnullos, ex qua secuta posteà est, mors vnius; Ordinatum fuit, ipsum Chiapponum condemnari debere in pænam remi triennalis. Ghilinus Secr. *Peregus not.*

Ad remũ 1.

X X V I.

Capitaneo Archinto refferente statũ causæ Dyonisij Triuioli, banniti in pęnam furcarum, tùm ob robariam noctis tempore commissam in domo Io. Pauli Fagnani, retentis interim ligatis vxore, ac matre dicti Fagnani; tùm ob violentiam eadem nocta illatã in loco Glassiati, cuidam mulieri nuptæ, marito interim ligato retento; Ordinatum fuit, ipsum Triuiolum furcis suspendi debere, ità quod denũtiata prius morte, torqueatur, adhibito ẽt taxillo, super alijs, & complicibus, respectu memoratæ robarię, respectu dictæ violentię torqueatur super complicibus tantùm, Quo verò ad eos cùm quibus, se conuersatum fuisse dicit, caussa, & occaxione colligẽdi milites, nullam censuit Senatus eis inferri debere molestiã, Saccus Secr. *Meronus not.*

Furcis suspensus 1.

1599. De Mense Iulij.

I.

CApitaneo Archinto refferente causam Aloysij Sansoni, & Hieronymi Rotæ, imputatorum de delatione sclopporum rotatorum, longioris, ac breuioris mensuræ, pro qua habuerunt gratiam, & quod extraxerint è pullarijs, magnam pullorum quantitatem, bacculoq; affecerint nonnullos rusticos, curantes percussio-

cuſſiones ab eis numerari, & quod attrociter Sanſonus eo actu blaſphemauerit, amboq; noctis tempore per uim, carnaliter cognouerint, Catherinã de Iſachellis, vxorem Franciſci, & quod Rota detulerit arma contrà formam præcepti Senatus de eis non defferendis, ſub pæna Sen. Excellentiſs. arbitraria, prætereà quod in domo Sanſoni in quodam puteo, in ei⁹ cæla vinaria, repertum fuerit cadauer hominis interfecti; Ordinatum fuit, Sanſonum torqueri debere ſuper facto cadaueris, vi illata dictę mulieri, & Blaſphemia, & vbi nihil emergat, ſeruire debere per triennium in Caſtris Belgicis, ſub pæna triremium triennalium, vbi memoratum ſeruitium nõ expleuerit, & ſub eadem pęna, teneatur intrà quadrimeſtre à die relaxationis, tranſmittere fidem de eius conſignatione ad tale ſeruitium; Rotam verò, omnibus computatis, trienniò remigare debere. Saccus Secr. *Valliusnot.* *Ad remũ 1.*

I I I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Io. Baptiſtam Martignonum, appellatum il ſtrappadente, qui delatus à Pozzino furcis ſuſpenſo, tortus, cõfeſſus eſt duo alia furta, vltrà furta pro quibus trienniò ad remũ damnatus eſt, addito biennio, quinquenniò in totum, remigare debere. Saccus Secr. *Manzonus not.* *Ad remũ 1.*

I I I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Baptiſtã Burattum, & Octauium Zelottum, ſuſpectos de furto, & reos conſtitutos de otioſis, & vagabundis, cùm commutatione eorum nominis, & de contrauentione præcepti de incumbendo alicui exercitio, ſub pæna corporali Sen. Excellentiſ. arbitraria, attẽta eorum mala qualitate, triẽniò remigare debere. Saccus Secr. *Negronus not.* *Ad remũ 2.*

VIII.

VIII.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Hieronymum Martellum, imputatum de vulnere illato Francisco Osio, dicto, el Chiappone, in Ecclesia diui Stephani, in die Veneris Sancti relaxari debere, statimq; in carceres conijciendum esse filium Natalini, Baricelli Ciuitatis, viriliterq; contrà eum procedi debere, repetendo et testes ad deffensam ipsius Martelli examinatos super capitulo bonæ vocis, ac famæ, quod tale vulnus illatū fuerit ab ipso Natalini filio. Saccus pro Landriano Secr. *Fliscus not.*

VIII.

Capitaneo Archinto verbū faciente de Bartolomeo Chiocca, condemnato in pænam remi quinquennalis occasione furti telæ valoris aureorum 30. cōmissi cùm fractura parietis Frācisci Pisani, qui repertus fuit inhabilis ad remum, propter nimiam corporis exsicationem, & facto verbo de remmissione per eum obtenta; Ordinatū fuit, attēta memorata inhabilitate, bis per Ciuitatem fustigari debere, eo modo quo potest, tum in exilium mitti per quinquennium, sub pæna furcarum, vbi pedem intulerit. Saccus pro Landriano Secr. *Ardesius not.*

X.

Capitaneo Archinto refferente causam Io. Baptistæ Caimi, appellati el Frà, imputati de furto Orizæ, de scacco equorum conductitiorum, de delatione hastilis super tripudio, contrà formam proclamatum, & suspecti de attentato assassinio, & Io. Betini, qui confessus est quattuor vicibus tradidisse Orizam Domini sui, dicto Caimo; Ordinatum fuit, Caimum super furto Orizæ, acriter torqueri debere, & vbi nihil emergat, quinquenniò remigare debere, dictumq; Betinū, quinquenniò pariter remigare

Ad remū 2.

migare

migare debere. Sacchus pro Landr. Secr. *Valla not.*

XIII.

Capitaneo Archinto refferente statú causæ Herculis Rossignoli I.C. & Prætoris Valentiæ, vna cùm informationibus contrà eum sumptis, super eo, quod oblocutus fuerit de Ill. Oratore Serenissimi Ducis Mantuæ; Ordinatum fuit, ipsum Rossignolum, absq; eo, quod pro nunc, subijciatur examini, relaxandum fore fideiussori, assignata domo pro carcere, donec, & vsq; quo, aliud per Senatum Excellentiss. Ordinatū fuerit. Poggius Secr. *Bononia not.*

XV.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Petrum Paulum de Matijs, appellatum el Chodarolo, imputatū de furto capsulæ elemosynarum in qua extabāt ferè lib. 100. commisso de societate Ambrosij Vicecomitis, appellati, el Festero, benè torquendum esse super dicto furto, adhibito etiam taxillo, & reuocato prius ad carceres ipso Vicecomite, & vbi nihil emergat, relaxari debere cùm præcepto in faciem, de benè viuendo, sub pęna remi triennalis. Poggius Secr. *Vallius not.*

XVII.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Petrum Martirem Bogerium, imputatum de otioso, vagabundo, & continua conuersatione super hospitijs, cùm meretricibus, ac bannitis, absolui debere, ità tamen, quod in actu relaxationis, fiat ei pręceptum in faciem de benè viuendo, & incumbendo alicui exercitio, sub pæna corporali Senatui Excellentiss. arbitraria. Poggius Secr. *Fliscus not.*

XVII.

Capitaneo Archinto verbū faciēte, de inquisitione formata contrà Lazarum de Scappis, annorum 18. vel circà, imputatum

putatum de homicidio in personã Dominici de Giolis, præcedente verborum contentione; Ordinatum fuit, ipsum Lazarum, sub pęna remi quinquennalis, citari debere. Poggius Secr. *Negronus not.*

XXIV.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Io. Petrũ Perpentum, detẽtum tamquam de furto suspectum, imputatum de otioso, & de contrauentione præcepti, aliàs occasione furti, sibi facti, ex ordine Senatus Excellentiss. ne per quinquennium pedem inferret in dominium, sub pæna remi decennalis, decenniò remigare debere; Item, Santinum Præiatonum, appellatum el Frà, & il Vegino, detentum pariter vti de furto suspectum, imputatum de otioso, & de continua conuersatione super gradibus Ecclesiæ Maioris, & de contrauentione præcepti de benè viuendo, sub pæna Senatui Excellen. arbitraria, quinquenniò remigare debere; Antonium verò Rubeum, detentum vti suspectum de furto, item imputatũ de otioso, & de dicta conuersatione super gradibus Ecclesiæ Maioris, trieñiò remigare debere; Aurelium Ruscam, dictum, Comarinum, imputatum vtsuprà, attentis deffensionibus per eum factis, relaxari debere cùm pręcepto in faciem, de benè viuendo, & incumbendo alicui exercitio, & non conuersando super dictis gradibus, sub pæna remi triennalis. Ghilinus Secr. *Ghisulphus not.*

Ad remũ 3.

Vltimo.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Io. Baptistam Carenum, imputatum de attentata robaria ad stratam in præsenti Ciuitate, & de homicidio per eum patrato in personam Io. Baptistæ Crucei j, benè torquendũ esse super veritate facti, & vbi nihil emergat, rebus stantibus relaxari fideiussioni per triennium duratura, de be-

nè

nẽ viuẽdo, & incumbendo alicui exercitio, vel vbi fideiussionem præstare nequeat, cùm simili præcepto in faciem sub pæna remi triennalis. Besutius Secr. *Veranus not.*

Vltimo.

Capitaneo Archinto verbum faciente de litteris per eum transmissis Gubernatori Placentiæ ad finem, vt detineãtur nonnulli suspecti de furto argenteorum alias commisso in Ecclesia Monialium diuæ Martæ, & de respõso habito ab ipso Gubernatore, qui requisiuit indicia cõtrà eos existentia; Ordinatum fuit, memorata indicia occlusa, ac sigillata ei quamprimum transmitti debere, vt detineri detinendos faciat. Besutius Secr. *Bononia not.*

Vltimo.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Baldessarem Fontanam imputatum de robaria ad stratam noctis tempore commissa in hac Ciuitate de societate Dionysij de Iudicibus, & Georgij Castellionei, qui decenniò hac de causa ad remum transmissi fuerunt, attentis deffensionibus per eum factis, quinquenniò tantùm remigare debere. Besutius Secr. *Ghisulphus not.* *Ad remũ I.*

1599. De Mense Augusti.

IIII.

CApitaneo Archinto verbum faciente de informationibus per eum ex offitio sumptis super summarijssimo possessorio retinendi apertas, vel clausas portas inciliorum Molendini Vicimaioris, Co. Theodori Triuultij, & quod de eis conquerebatur Co. Theodorus sub p̃textu, quod potius ad subministrationem partis quàm

ex offitio sumptæ fuissent, quod tamen non esse dicebat ipse Capitaneus (quod ipse sciat) cùm curauerit examinari testes mi nus suspectos, quos obuiã habuit, nisi fortè data opera, ità dispositi fuissent, vt illos obuiam haberet; Quo factũ est, vt ad præcidendas omnes cautelas, dederit terminum sex dierum vtriq; parti communem, ad subministrandum in ipso possessorio sex testes, pro singula earum, de quo termino conquærebantur Co. Belzoiosij; Ordinatum fuit, non obstante memorata termini præfixione, faciendam esse per ipsum Capitaneum relationẽ in Senatu omnium adhucusq; agitatorum; Et præsertim; de controuersia inter partes vertente, respectu summarijssimi possessorij, circà irrigationem illarum perticarum sexaginta, & modum illas irrigandi. Saccus Secr. *Bononia not.*

I X.

Fiscali Ferno refferente; Quod cùm esset delegatus in causa homicidij secuti in personam Stephani Meliauaccæ, satellitis, & nuntij publici, cuius cadauer compertum fuerat putridum in agris Vicimaioris, detentiq; fuissent ea de causa Massarij Io. Andreę Lonati super bonis Gugnomi, allegatus fuerat ipse Fiscalis suspectus ab ipsis Massarijs; Ordinatum fuit, ipsum Fiscalem ad vlteriora procedere debere, non obstantibus suspicionum caussis contrà eum allegatis, & ad perfectionem processus, etiã non exspectato ipso Lonato, & super ijs, quę, proposuit, deliberare debere cùm curia, & demum omnia diffinitiuè refferre. Saccus Secr. *Vallius not.*

X I I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Hieronymum Granellum imputatum de iniurijs, & attentata cicatrice in faciem Franciscæ de Leonibus, & de Blasphemijs

mijs attrocibus,& de otioso, & vagabundo, torqueri debere super blasphemia, & eodem tempore super otiositate,& vbi nihil emergat,relaxari cùm præcepto in faciẽ de benè viuendo,& incumbendo alicui exercitio sub pęna remi triennalis. Saccus Secr. *Gratarola not.*

X I I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Io. Dominicum Lauaniam imputatum de furto diuersorum paliorum,de vno quorum conuictus est,trienniò remigare debere,illata tamen prius eidẽ tortura super alijs,& contrà Ioannẽ de Cataneis paterium cui ipse Lauania in pignus dederat dictum palium,procedendum esse. Saccus Sec. *Vallius not.* *Ad remũ I.*

X I I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Alexandrum Berettam, nominatum ab Oliuerio de Barberijs principalem in furtis,prætendentem ab alijs furibus cõtributionem, mox processatum de otioso, & vagabũdo, trienniò remigare debere. Saccus Secr. *Manzonus not.* *Ad remũ I.*

X V I I.

Capitaneo Archinto verbum faciente de inquisitione formata contrà Franeiscum Zanucchum Bergomẽsem,fratrem Laurẽtij Zanucchi, qui inquisitus fuit, quod detulerit ad carceres dicto ei⁹ fratri, maximam quantitatem funis pro conficienda scala, & fasciculos duos lignorum in quibus abscondita erat terebra,scalprum,& liuera ferrea,instrumenta apta ad frangẽdum parietem carcerum, prout iam fregerant carcerati,qui fugam arripuissent, nisi de hoc admoniti fuissent custodes; Ordinatum fuit, dictum Franciscum condemnandum esse in pænam remi quinquennalis. Landrianus Secr. *Cruceius not.* *Ad remũ I.*

X V I I.

Capitaneo Archinto verbum faciente de Io. Baptista Care-

no, quem Senatus Excellentiss. mandauit benè torqueri super homicidio de quo imputatus est, & quod repertus fuit adeò scabie exulceratus, & macer, vt factum fuerit iudicium, non posse sine graui periculo torqueri, igne, vel fune; Ordinatum fuit, id omne remmitti debere arbitrio Curiæ, quæ dictum Carenū torqueri mandet eo modo, quo poterit, & sibi videbitur. Landrianus Secr. *Veranus not.*

X V I I.

Capitaneo Archinto verbum faciente de Inquisitione formata contrà Coronam matrē Aurelij Vicecomitis, banniti, de loco Somæ, quæ inquisita fuit de eo, quod dicto eius filio transmisserit exculēta, & poculenta, in nemoribus vallis Ticini; Ordinatum fuit, in pænam Senatui arbitrariam eam condemnari debere. Landrianus Secr. *Meronus not.*

X I X.

Capitaneo Archinto refferente causā notabilis furti argenteorum, commissi in Ecclesia Monialium Diuæ Martæ, huius Ciuitatis, valoris aureorum 1000. in circà; Ordinatum fuit, Io. Baptistam Ferarium aurificem, qui fassus est tractatū, & participationem dicti furti, antequàm committeretur, & auxilium ex post præstitum, in fundendo ipsum argentum affixa inscriptione delicti, furcis suspēdi debere,ità quod moriatur; verum anteà, denuntiata morte, torquendū esse super eo; An ipse interuenerit dicto furto, & vt nominet complices, saltèm sibi à Compostano relatos; Cęterum ipsū Ferariū condemnādum esse in damnis versus partem, & quod habeatur pro repetito, & confrontato, quoad alios per eum grauatos.

Furcis suspensus 1.

Baruerios verò omnes, seu eorum Duces, qui in illis partibus fuerūt, illa nocte, reuocari debere ad carceres, & sub

clau

claui retineri, donec aliud per Senatum Excellentiſs. Ordinatum fuerit.

Bernardinum Fernum, dictum l'Intagliatore, ſub bona cuſtodia retineri debere, nec relaxari, niſi abſoluto vniuerſo proceſſu, in cauſa dictorum argenteorum fabricato.

Horatium Fliſcum notarium, qui ex ordine Mag. Sanſoni in domo alia de cauſa retinetur, & cùm familia Baricelli vellet detinere Fernũ, illa nocte, propè Eccleſiam Diuę Martę dixit, ſon quì col Sig. Horatio Fieſco, ſtatim ad carceres reuocari debere.

Contrà Cribellum habitantem intrà columnas S. Laurentij procedi debere de retentione ſcloppi rotati.

Petrum Franciſcum Tradatum aurificem, cuius medio Ferarius vendidit tres panes argenteos in Ciuitate Placentiæ, vbi ex tortura denuntiata morte inferenda Ferario, nihil plus contrà eum reſultet, liberè dimmitti debere.

Carolum Ambroſiũ Gallum, qui confeſſus eſt vẽdidiſſe panem argenteum ſibi traditum à Compoſtano, torqueri debere ſuper eo, An ſciret tale argentum à Compoſtano furto ſubtractum fuiſſe, Quo verò ad auriffices, qui illud emerunt, faciendam eſſe diligentiam, An dictum argẽtũ emptũ fuerit ſeruatis ordinibus, & vbi ex tali diligentia contrà eos nihil emergat, pro nunc nõ eſſe moleſtandos.

Inſtandum præterea eſſe apud Auditorem Sereniſſimi Ducis Placentiæ, vt tranſmiſſis quàmprimum indicijs ab eo requiſitis, detineãtur in illa Ciuitate, Tiberius Placentinus, Ioanna concubina dicti Ferarij, ac alij grauati.

Tandèm fieri debere omnem diligentiam, vt in fortijs habeantur Hieronymus Compoſtanus, & Annibal Caſatus, qui de ipſo furto principaliter grauãtur, non tamen deſtituta via ordinaria, formandi contrà Compoſtanum inquiſitionem de dicto furto, & contrà Caſatum de auxilio,

xilio ex post præstito per imposturã, ne detegeretur delictum, cùm narratione facti. Landrianus Secr. *Bononia not.*

X X V I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Paulum Hieronymum Scacabarotium, qui binas patentes falsas, vnam sub conficto nomine Capitanei Iustitiæ, alterã sub nomine conseruatoris Sanitatis, dedit Capitaneo Ioanni Ægiptio, vt posset dignis de caussis commorari in hoc Dominio, non obstante dispositione proclamatũ S. Excell. eaq; de causa emunxit à dictis Ægiptijs, tres duplas aureas, ac annulum aureum; attenta qualitate familiæ, ac affinium, tribus ictibus funis publicè plecti debere, tùm relaxari cùm præcepto in faciem de benè viuẽdo, & incumbẽdo alicui exercitio, sub pœna Sen. Excell. arbitraria, & ità quod ante relaxationem restituat pecunias, & annulum habitum à dictis Ægiptijs, applicandas, prout ex nunc Senatus illas applicat, loco pio Remmissarum in P. Ludouica; Ipsos vero Ægiptios, qui sub fide falsarum patentium commorati sunt in hoc Dominio, excusandos esse, & ideò relaxandos cùm præcepto in faciem, vt statim exeãt Dominium Mediolani, nec amplius reuertantur, sub pœna proclamatũ S. Excell. Poggius Secr. *Cruceius not.*

X X V I.

Capitaneo Archinto verbum faciente; Ordinatum fuit, Dominicum Lopez Hyspanum, imputatũ de robaria ad stratam in hac Ciuitate, valoris aureorum 10. super facto prædicto, acriter torqueri debere, etiam adhibito taxillo, si ità Curiæ videbitur. Poggius Secr. *Meronus not.*

X X V I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Io. Baptistam de Sãcto Augustino, appellatum il Comarino, imputatum

putatum de Blasphemia attroci,& quod aggressus fuerit cùm pistoriése, Presbyterum Carolum Læsam, eidemq; ad domum fecerit multas insolentias,affeceritq;eundem diuersis iniurijs,dicés,vien fuori prete becco fotuto, putána de Dio, me l'hai scappata vna volta, nõ me la scapparai più; credés eum in domo esse, cùm tamen nõ esset, plectendum esse tribus ictibus funis publicè,tùm relaxari,præstita fideiussione de non offendendo, nec iniurias inferendo ipsi præsbytero, & incumbendo alicui exercitio,& in deffectum fideiussionis,faciendum ei esse preceptum in faciem,eiusdem continentiæ,sub pæna remi triennalis. Poggius Secr. *Meronus not.*

X X V I.

Vicario Trusso refferente statũ causæ Io.Angeli de Angelis, appellati,Bochini,capitaliter banniti abhoc Dominio de mése Septembris proximè preterito,ob homicidium patratum in personam Alexandri de Calimeris, & facta mentione de remmissione à fratribus interfecti obtenta, & de eius minori ætate,qua etiam attenta,petit admitti ad nouas deffensiones,eoq; introducto coram S. Excell. Ordinatum fuit, dictum Io. Angelum decenniò remigare debere. Poggius Secr. *Tirafrigius not.* *Ad remũ I.*

X X V I I.

Vicario Trusso refferente statũ causæ Iacobi Torti Castrinouensis,in pænam vltimi supplicij damnati de mense Nouembris 1597. & Aprilis 1598. Ordinatum fuit, exequendam esse in eum sententiam capitalem. Poggius Secr. *Valla not.* *Decapitatus I.*

X X X I.

I.C. Pio aduocato,prouicario,refferente; Ordinatum fuit, Io. Andream Reynam imputatum de insultu noctis tépore facto,cùm saxis,ad domum Fabij Varisij, & de fædatione

datione Ostij ipsius domus, torquendum esse super prædictis, & vbi nihil emergat absoluendum, vnà cum Hieronymo Menaloca. Saccus Secr. *Fliscus not.*

1599. De Mense Septembris.

I I.

CApitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Marium Galesium, & Oliueriũ Tõsum, imputatos, quod in die Sanctæ Mariæ ad Niuem, ostenderent pudenda mulieribus, transeuntibus per vicum S. Annæ, & accedentibus ad Ecclesiam diuæ Mariæ ad fontem extrà P. Cumanam, duci debere per Ciuitatem, præsertim per locum delicti, cùm eius inscriptione, aperto capite, vt ab omnibus cognosci possint, deinde ad locum Eculei conduci, & publicè plecti tribus ictibus funis, nec posteà dimmitti, nisi solutis scutatis quinquaginta, pro singulo in constructionem nouorum carcerum, & præstita fideiussione de benè viuendo, trienniò duratura. Marchisonius Secr. *Negronus not.*

I I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, procedi debere contrà fideiussorem Dominici Binaghi ad effectum, vt consignet ipsum Binagum, imputatũ de bina contrauentione præceptorum Senatus Excellentiss. in nubenda Catherina de Speciarijs, eius pupilla, ac nuru, & tàm primam, quàm secundam contrauentionem delegandam esse Mag. Senatori Conrado. Marchisonius Secr. *Cruceius not.*

I I.

Capitaneo Archinto verbum faciente, de ordinatione facta per Sen. Excellentiss. ad effectum, vt statim conijceretur

in

in carceres filius Natalini baricelli Ciuitatis,& contrà cũ procederetur de vulnere illato Francisco Osio in Ecclesia Sancti Stephani in Brolio,in die Veneris Sãcti 1598. & quod adhibita omni possibili diligentia,numquã potuit detineri,quinimmò Natalinus eius pater dixerit collaterali,ac satellitibus,qui eum perquirebãt, Dite al Sig. Capitanio, che se bene vi è la commissione,non lo farà prendere, che lo consegnarò quando piacerà à me, & ispedisca il Martello quando le piace, che non hauerà mio figliolo nelle mani, se nõ quando à me piacerà, con quei modi ch'io saprò fare; Ordinatum fuit, dignis de caussis Natalinum remouendum esse, prout eum remoueri mãdat Senatus ab offitio Baricelli,ità vt nec sub ipso Capitaneo,nec sub alio Iudice in hac Ciuitate possit munus Baricelli exercere, donec aliud fuerit ordinatum per Senatum ipsum; Respectu verò filij ipsius Natalini, ipsũ citari debere sub pæna capitis,iuxtà dispositionem proclamatum publicatorum sub die 8. Ianuarij 1592. Marchisonius Secr. *Fliscus not.*

IIII.

Capitaneo Archinto verbum faciente de detentione Iosephi de Grossis, pristinarij, capitaliter bãniti ob homicidium patratum in personã Melchionis de Ferarijs,vsq; de anno 1595. & qui à complice fuit nominatus tamquàm vnus ex illis,qui æstate proxima præterita noctis tempore terrebris, ac scalpellis adhibitis ad Ianuas domuum,eas spoliabant; Ordinatum fuit,exequendam esse in ipsum Iosephum pænam capitalem in quam condemnatus fuit, ità tamen,quod denuntiata ei morte torqueatur etiam adhibito taxillo super furto,quod ei impingitur,& vbi illud fateatur,torqueatur super alijs, & complicibus, & eodem actu etiam super conuersatione,

receptatione, & auxilio interrogati peterit. Marchisonius Secr. *Vallius not.*

I X.

I. C. Pio aduocato prouicario refferente; Ordinatum fuit, Io. Petrum Sirturum imputatum de vulneribus animo deliberato illatis Iulio Sirturo, torqueri debere super qualitate animi deliberati, & vbi nihil emergat soluta poena abusus, absolui debere. Besutius Secr. *Peregus not.*

I X.

Ad remũ 1. I. C. Pio Aduocato prouicario refferente; Ordinatum fuit, Io. Antonium Glussianum, in fragranti deprӕhensum, quod furto subtrahebat peccunias Elemosinӕ erogatӕ Beatissimӕ Virginis Sancti Celsi, trienniò remigare debere. Besutius Secr. *Vallius not.*

X V I.

Decapitatus 1. Capitaneo Archinto verbum faciente de tortura, quӕ etiam adhibito taxillo, denuntiata morte, illata fuit caporali Iosepho de Grossis, ex qua nihil emerserat, verũ, quod ex post, ab alio complice, qui medio tempore captus fuit, grauatus fuerat, ità vt rursus torqueri debuisset, sed cùm graui, ac continua febri opprimeretur, dubium erat, ne in ipsa tortura vitam ammitteret; Ordinatum fuit, absq; alia tortura, dicto Caporali inferenda, exequẽdam in eũ esse pӕnam capitalem. Ghilinus Secr. *Vallius not.*

X V I.

Furcis suspensi 2. Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Melchionem Salam aurigam, & Federicum de Georgijs theutonicum, seruos Petri Bertori, imputatos de furto iocaliũ, margarittarum, ac rerum aurearum, valoris aureorum 500. quӕ sunt vxoris dicti Bertori, vltrà alia furta per eos confessata, furcis suspendi debere, ità quod moriatur, & habeãtur pro repetitis, & confrontatis quoad omnes

per

per eos grauatos, condemnando eos ad restitutionem rerum derobatarum. Ghilinus Secr. *Vecchius not.*

XVI.

I. C. Pio Aduocato prouicario refferente; Ordinatum fuit, Iacobum Mazadaliam, furem cõfessum, & alias pro furto fustigatum, quinqueniò remigare debere, Ambrosiũ verò Buragum, imputatum de receptatione dictarum rerum furto subtractarum, torquendum esse, & vbi nihil emergat, stantibus rebus, cùm complex adhuc non fuerit condẽnatus, absolui debere. Ghilinus Secr. *Vecchius not.* *Ad remũ* I.

XVII.

I. C. Pio Aduocato prouicario refferente; Ordinatum fuit, Petrum Grittam, appellatum el Denchione, imputatum de furtis, super primo furto, torqueri debere, & vbi nihil emergat, pro secundo furto confessato, publicè fustigari debere, tùm solito signo signari, ac relaxari, cùm præcepto in faciem de benè viuendo, & alicui exercitio incumbendo, sub pæna remi triennalis. Ghilinus Secr. *Manzonus not.*

XXIII.

I. C. Pio Aduocato prouicario refferente; Ordinatum fuit, Antonium Mariam San Bosellum, imputatum de delatione armorum contrà formam proclamatũ, tribus ictibus funis publicè plecti debere, mox eijci, sub pæna triremium triennalium, si pedem intulerit. Saccus Secr. *Vecchius not.*

XXIIII.

I. C. Pio Aduocato Prouicario refferente causam Ambrosij de Milijs, appellati el Sargente, imputati, quod vna cùm alijs, furto subtraxerit cuidam Gallo aureos 500. in circà, & eorum loco reposuerit numismata ænea; & quod otiosus sit, & bis præstiterit fideiussionem de benè viuẽ-

do, habueritq; remmissionem de dicto furto per impostura facto; Ordinatum fuit, dictum Ambrosium, attēta dicta remmissione, tribus ictibus funis publicè plecti debere, mox dimmitti, cùm præcepto in faciem de benè viuendo, & incumbendo alicui exercitio, sub pœna remi quinquennalis, cogendosq; esse illos, qui pro eo fideiusserunt, ad solutionem dictæ fideiussionis. Poggius Secr. *Veranus not.*

XVII.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Hieronymum Compostanum dictum il Pombiano, qui confessus est se principalem in furto argenteorum Sāctæ Martæ, & pænes quem reperta fuere frustra quamplurima argentea, prę seferentia immagines Sanctorum sculptas, & vnius Crucifixi, furcis suspendi debere, ità quod moriatur, & traducatur ad patibulum cùm inscriptione delicti per viam existentem ante fores Ecclesię Diuæ Martę, cùm condemnatione in omnibus damnis, & expēsis, versus Moniales S. Martæ. Ghilinus Secr. *Bononia not.*

Furcis suspensus 1.

1599. De Mense Octobris.

VII.

CApitaneo Archinto verbum faciēte de Dominico Binago, qui sub conficta, ac simulata infirmitate, & sub medicatis physicorū attestationibus differebat eius consignationē in carceribus, iuxtà alias per Sen. Excellentiss. ordinata. Dictum fuit, statim, omninò ad carceres ipsū Binagum, reuocari debere, quod si posteà aduersa valetudine detinebitur, ità vt dignus sit relaxatione, seruatis seruandis, relaxari poterit. Poggius Secr. *Cruceius not.*

VII.

VII.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Dominicum Albertinum, appellatum el Rossino, qui confessus est se interuenisse duabus robarijs in præsenti Ciuitate noctis tempore commissis, terebris, & scalpellis adhibitis, ad ianuas domũ frangendas, ac aperiendas, furcis suspendi debere, ità quod moriatur, & habeatur pro repetito, & confrontato, quoad omnes per eum grauatos, cõdemnãdo vlterius eum in resarcionem damnorum versus eos in quorum præiudicium commissa sunt memorata furta. Poggius Secr. *Vallius not.* *Furcis suspensus* 1.

VII.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Iacobum Philippum Veranum, dictum el Scabellino, & Stephanũ Tuscum, pęnes quos repertæ fuerunt nonnullæ res furatæ, videlicet paliũ, & Mappam, recognitiq; fuerunt tãq̃ fures soliti furari crumenas, & conuersari super gradibus Ecclesiæ Maioris, bis fustigari debere per Ciuitatẽ, tùm charactere impresso ad locum solitum, relaxari, cùm pręcepto in faciem de benè viuendo, & incumbendo alicui exercitio, sub pæna remi triennalis. Poggius Secr. *Valla not.*

VII.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Oliueriũ appellatum el Trombettino, imputatum de furto subuestium, pro quo habuit remmissionem, & quod sit otiosus, & solitus conuersari super gradibus Ecclesię Maioris, relaxari debere fideiussori aureorum 200 de benè viuẽdo, & incumbendo alicui exercitio, vel vbi nequeat fideiussionẽ præstare, cùm simili pręcepto in faciem, sub pæna remi triennalis; Franzinum verò, pariter imputatũ vt suprà, relaxari debere cùm pręcepto in faciem de benè

viuendo,

uiuendo, & incumbendo alicui exercitio, sub pœna corporali Sen. Excell. arbitraria. Poggius Secr. *Valla not.*

V I I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Bernardum de Romanore, imputatum de mandato suscepto ad sfrisandum Reuer. Morandum de Collis, Canonicū Ecclesiæ Maioris Vigleuani, quod executus est, licèt ictus euanuerit, triennió remigare debere. Poggius Secr. *Peregus not.*

Ad remũ r.

V I I.

Capitaneo Archinto verbum faciente, de Dominico Lopez Hyspano, imputato de robaria ad stratam in præsēti Ciuitate, qui non potuit hactenus torqueri, attento, quod euidēter detectus fuit erniosus, & de indicijs, quæ contrà eum superuenerunt; Ordinatum fuit, dictum Dominicum super memorata robaria torqueri debere, adhibitó taxillo, iuxtà votum Curiæ eo modo, quo torqueri poterit. Poggius Secr. *Meronus not.*

V I I.

I. C. Pio Aduocato Prouicario refferente; Ordinatum fuit, Gasparem de Cantoribus, imputatum de mandato suscepto ad occidendum Franciscum Berettam, & sfrisandum Magdalenam de Cardinalibus, torqueri debere super memorato facto, & vbi nihil emergat, rebus stātib⁹, absolui debere, nec relaxari, nisi præstita fideiussione de non offendendo dictum Berettam. Poggius Secr. *Peregus not.*

X I I I I.

Capitaneo Archinto refferente statū causæ Steffani de Ferarijs Mariscalchi, capti in Ciuitate, & capitaliter damnati propter homicidum per eum patratum in personam Melchionis Binaghi; Ordinatum fuit, pœnā ordinariā

homicidij

homicidij in quam condemnatus fuit, in eum exequendam esse. Marchisonius Secr. *Grattarola not.* *Decapitatus 1.*

X I V.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatũ fuit, Io. Stephanum Mendrisium, imputatum de homicidio commisso in personam Augusti Scyllę Causidici, eo quia Scylla redargueret fratrem ipsius Mendrisij, natu minorem, de Sudariolo ipsi Scyllæ, furto subtracto, & de alio etiã homicidio per eum commisso cùm esse annorum 12. ac de cõuersatione cum furibus, attento, quod tempore huius secundi homicidij, non attingebat vigessimum annum, perpetuò tantùm remigare debere, sed in primis benè torquendum esse super complicibus, ac alijs delictis, nec admitti debere ad nouas deffensiones, cùm sit conuictus, & in Ciuitate captus. Marchisoni⁹ Sec. *Veranus not.* *Ad remũ 1.*

X I V.

Vicario Trusso refferente; Ordinatum fuit, Rugleriũ Carreriam Bergomensem, capitaliter bannitum à Dominio Veneto, imputatum, quod non præstita fideiussione de benè viuendo ad formam proclamatum, habitauerit in hoc statu, attentis deffensionibus per eum factis, tribus ictibus funis publicè plecti debere, tùm dimmitti cùm præcepto in faciem, vt termino dierum 8. memoratam fideiussionem præstet, alioquin ab hoc dominio recedat, sub pæna in ipsis proclamatibus comminata. Marchisonius Secr. *Vecchius not.*

X X I I.

Capitaneo Archinto verbum faciente de Frate Angelo Ordinis Sancti Augustini à militibus delegati Negrelli detento, propè nemora Cusaghi, qui tamquàm eo in loco detentus, & diù extrà Monasterium vitam degens, suspectus visus est de conuersatione cùm bannitis, & viarum

rum

rum grassatoribus, in illis nemoribus existentibus; Ordinatum fuit, memoratum Fratrem Angelum, Vicario fori Archiepiscopalis ipsum requirenti, relaxari debere, habita fide consignationis de eo faciendæ. Besutius Sec. *Glussianus not.*

X X I I.

Capitaneo Archinto verbum faciente, pro executione decreti Illustriss. Præsidis, de Cæsarino Plotto detento à familia ipsius Capitanei, tamquàm bannito à Dominio Heluetico, quem Commissarius Locarni petebat sibi tradi, stantibus processibus in dicto Burgo Locarni contrà eum agitatis, de expilationibus domuum, incendijs, spoliationibus conuersatione habita cum Bachiochis, facinorosissimis bannitis, & delatione tormentorum rotatorum, & quod in territorio nostro nullum adhuc delictum ab eo commissum fuisse apparebat, nisi, quod prętermisserit se tamquàm bannitum alterius territorij notifficare ad formam proclamatum; quo factum est, vt in eandem inciderit pænam, in quā condemnatus erat in Territorio à quo fuit Bannitus; Ordinatum fuit, hoc negotium, circà transmissionem ipsius Cæsarini, iuxtà petita per Commissarium Locarni faciēdā, in plena Curia proponendum esse, maturèq; considerandum, & tractandum; tum de voto Curię, verbum fieri debere in Senatu. Besutius Secr. *Bononia not.*

X X I I.

Capitaneo Archinto verbum faciente de Paulo Dominico de Ricordis, imputato de priori euaginatione, & vulnere lætali illato in rixa Laurentio de Constantinis, qui conualuit, & de blasphemia attroci, mox erepto ab eius inimicis è Canonica Sancti Calimeri, & Baruerijs cōsignato, in loco Layco, quo factū est, vt Vicarius fori Archie-

piscopalis

piſcopalis peteret eum ſibi reſtitui, prout reſtituendum eſſe, Ordinatum fuit. Beſutius Secr. *Meronus not.*

X X I X.

I. C. Pio Aduocato Prouicario verbum faciente de Gaſpare Canturio, quem Sen. Excellentiſs. ordinauerat fideiubere debere de benè viuendo, & alicui exercitio incumbẽdo; & quod propter eius paupertatem petebat moderari fideiuſſionem; Ordinatum fuit, præſtare debere fideiuſſionem alias per Curiam ordinatam, interim eo retẽto, quam ſi præſtare noluerit, vel non poterit, lapſo menſe, exulare debere à Dominio, ſub pæna triremium quinquennalium, ſi pedem intulerit. Saccus pro Ghilino Secr. *Peregus Not.*

X X I X.

I. C. Pio Aduocato Prouicario verbum faciente; Ordinatũ fuit, Iacobum Merzanum imputatum de homicidio Ioãnis de Elucis, qui tres pullos anſerinos ei furatus fuerat, ſub pæna triremium triennalium, citari debere. Saccus pro Ghilino Secr. *Manzonus Not.*

X X I X.

I. C. Pio Aduocato verbum faciente de inquiſitione formata contrà Antonium Duchinum, imputatum, quod Catherinam vxorẽ Io. Petri Bonettæ carnaliter cognouerit, & contrà voluntatem mariti abduxerit; Ordinatum fuit, non obſtante remmiſſione, ſub pœna remi triennalis, ipſum Duchinum citari debere. Sacchus pro Ghilino Secr. *Manzonus not.*

1599. De Menſe Nouembris.

V I.

CApitaneo Archinto verbum faciente de Aſcanio Ter-

L zago

zago collaterali Sanctæ Inquisitionis, Io. Baptista, appellato, el Violino, Io. Paulo, & Camillo fratribus Marcellinis, Carolo Figino, ac alijs, qui ad numerum octo, vel decem, accesserunt armati hastilibus, ac scloppis rotatis, ad domum Isabellæ Bonfantæ viduæ, eiusq; ianuam, & ostium cubiculi, vi deiecerunt, tentantes carnaliter cognoscere duas filias nubiles, quas habebat, & committẽtes diuersas alias insolentias cùm mulieribus in eadem domo cohabitantibus, relatisq; indicijs contrà istos resultantibus; Ordinatum fuit, hos omnes torqueri posse etiam adhibito taxillo, si ità curiæ videbitur, nõ obstante præuentoria. Saccus Secr. *Cruceius Not.*

V I.

Capitaneo Archinto verbum faciente de detentione Dominici Binaghi, facta ex ordine Excell. Senatus, & quod is petebat latiores carceres sub fideiussione sibi assignari; Ordinatum fuit, pronunc nihil decernendum esse. Saccus Secr. *Cruceius not.*

V I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Guadagnum de Guadagnis, Bergomensem, bannitum à Dominio Veneto, excusandum esse à prætermissa notifficatione facienda de eius persona ad formam proclamatum S. Excellentiæ, attento, quod non videtur fuisse in Ciuitate Mediolani, & Comi, vt illhic moram traheret, & attenta licentia habita ab offitialibus trium plebium; verùm, attenta eius qualitate, eijciẽdum esse à Dominio, sub pœna triremium triennalium, si pedem intulerit. Sacchus Secr. *Ællius not.*

V I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Petrum Paulum Bursam minorem, imputatum de receptatione

rerum

rerum furto ſubtractarum, benè intrà carceres loris cædi debere, mox dimmitti cùm præcepto in faciem, de benè viuendo, & incumbendo alicui exercitio, ſub pæna Sen. Excellentiſs. arbitraria. Cæterum, quia Senatus ex deffenſionibus nouit ipſum Burſam habere victricum cùm eo malè ſe gerentem, eundéq; è domo ſæpius eijcientem, dixit, curandum eſſe per Mag. Albricium Contrarelatorem, vt habitis coram ſe dicto Victrico, matre, & affinibus, prouïdeatur, ne dictus Burſa, ità deſtitutus remaneat, vt neceſſe ei ſit malis artibus vitam ducere. Saccus Secr. *Vallius not.*

V I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Io. Ambroſium Mantegatiam, imputatum de capillatura oblonga, pertingente vſq; ad acumen naſi, & de cincinno longiore intorto poſt aures, & de alijs viginti imputationibus, quas habet ad offitium Vicarij Martheſanæ, à quibus, partim fuit abſolutus, partim abſoluendus, vel condemnandus eſt; tranſmittendum eſſe ad Vicarium Martheſanę ſub bona cuſtodia, cui ex ordine Senatus iniungatur, vt ad expeditionem omnium proceſſuum cōtrà eum pendentium, deueniat, & eos diffinitiuè refferat, eo interim retento, & benè cuſtodito, & facta tunc ſpetiali mentione iſtius capillatuæ oblunghæ, vt eā tunc rationem poſſit habere Senatus, quam habere voluerit, nec interim dictus Mantegatia relaxetur, niſi in ſpetie huic ordini derogatū fuerit. Saccus Secr. *Negronus not.*

V I.

I. C. Pio Aduocato refferente; cauſſam Io. Andreæ Torti I. C. imputati, quod cum fuiſſet Franciſci Landriani contubernalis, Gentilem eius vxorem carnaliter cognouerit, eamq; morbo gallico infecerit, poſtmodū,

eandem languentem,& malè affectam,vt curare faceret, contrà voluntatem mariti, abduxerit, nõnullaq; mobilia,tempore abductionis,asportari fecerit; Ordinatum fuit, dicto Landiano,ratione mobilium asportatorum, concedendum esse iuramentum in litem,præuia Curiæ taxatione,ratione verò aliorum ipsi Torto impictorum, condemnandum esse ipsũ Tortũ,in scutis quinquaginta, versus nouos carceres, & vlterius exulare debere à dominio,arbitrio Senatus, sub pæna exilij triennalis,si pedẽ intulerit. Saccus Secr. *Manzonus not.*

X V I.

Capitaneo Archinto verbum faciẽte de Francisco Ardesio, qui tortus adhibito taxillo,confessus est robariam paliorum,in hac Ciuitate factam,paulò ante diem,vi adhibita,& cum insultu facto transeuntibus,per stratam publicam; Ordinatum fuit, deliberationem super eo; An debeat inferri tortura,etiam adhibito taxillo,super alijs,& complicibus,reseruandam esse in diffinitiua. Poggius gius Secr. *Ællius not.*

X V I.

Capitaneo Archinto verbũ faciente de Io. Iacobo Marliano, dicto, el Bozino, Io. Baptista Leuco, dicto, el Principino,de loco Paduli,& Petro de Ruglerijs,dicto,Pedrone, inquisitis de maximo insultu facto,& vulneribus illatis Iulio Cæsari Cribello,& eius seruo; Ordinatũ fuit, omnes citari debere sub pæna remi quinquẽnalis. Pog- Secr. *Meronus not.*

X V I.

I. C. Pio Aduocato Prouicario refferente; Ordinatum fuit, Steffanũ Cislagum, imputatum, quod in partibus Corbettæ assassinia ad stratam commisserit,benè torquendum esse, & vbi nihil emergat,dimmittendum,facto ei

præcepto

prȩcepto in faciem, de benè viuẽdo, & incumbendo alicui exercitio, ſub pæna triremium quinquennalium. Poggius Secr. *Meronus not.*

X X.

Capitaneo Archinto refferente cauſam Franciſci Ardeſij, qui confeſſus eſt, ſe cum alijs duobus paulò ante diem ad ſtratam in hac Ciuitate, propè Eccleſiam Monialiũ diui Pauli, derobaſſe duo palia, valoris aureorum ſeptem, & quod iam per menſem ante detinebatur in carceribus, occaxione furti ſubueſtium, & attenta remmiſſione relaxatus fuerat, cùm præcepto in faciem de benè viuendo, & incumbendo alicui exercitio, ſub pœna remi triennalis; Ordinatum fuit, ipſum Ardeſium, attenta huius delicti frequentia, furcis ſuſpendi debere, ità quod moriatur, & habeatur pro repetito, & confrontato, quoad omnes per eum grauatos, denuntiataq; morte torqueri debere ſuper alijs, & cõplicibus. Poggius Secr. *Ællius not.*

Furcis ſuſpenſus 1.

X X.

Capitaneo Archinto verbum faciente de quærela porrecta per Commune, & Homines loci Malnati, cõtrà Liuium Murium, qui maximam ſtragem intulit in Campis, & Milijs, dictæ Communitatis, cùm retibus, canibus, & equis, dum aucupio operam daret, tùm hominibus dictæ Communitatis de hoc conquærentibus, multas commiſſit contrà eos inſolentias, eorumq; mulieres grauibus iniurijs affecit; quam cauſſam Prætor Mediolani, vti delegatus in cauſſis venationum à S. Excell. prætendebat ſibi remmitti; Ordinatum fuit, dictã cauſam ipſi Prætori remmittendam eſſe. Poggius Secr. *Ællius not.*

X X.

Capitaneo Archinto verbum faciente de Blanca Puſterla,

quæ

quæ prætendit, se fuisse de facto spoliatam ab eius priuigno Iacobo Alisero, de legato habitationis, & alimentorum, sibi relictorum per maritum, lectisq; eodem actu precibus vtriusq; partis per Mag. Senatorem Cataneum; Ordinatum fuit, preces, & causam, remmitti debere ipsi Capitaneo, qui omnibus diligenter consideratis, & in plena curia propositis, cùm voto curiæ iustitiam faciat. Poggius Secr. *Meronus not.* X X.

I. C. Pio Aduocato Prouicario refferente; Ordinatum fuit, Hieronymum Busserum minorem, & minimè remo aptum, qui confessus est diuersa furta, & etiam reus constitutus fuit de attentata sodomia, per Ciuitatem publicè ter fustigari debere, tùm dimmitti inusta ei solita furũ nota, & monito eius patre, vt in posterum maiorem eius curam habeat. Poggius Secr. *Cruceius not.*

X X.

I. C. Pio Aduocato Prouicario verbum faciente de inquisitione formata contrà Ioseph ũ Fachinettum, appellatũ el Pulice, imputatũ de assistẽtia, auxilio, & fauore ad homicidiũ in personã Io. Petri de Crassis cõmissum; Ordinatũ fuit, dictũ Fachinettũ in pœnam Senatui Excellentiss. arbitrariam esse citandum. Saccus pro Poggio Secr. *Manzonus not.* X X.

I. C. Pio Aduocato Prouicario verbum faciente de quærela porrecta per Ambrosium Gugielam, contrà Antonium dell'Horto, quod is dell'Orto, alijs associatus, per vim, carnaliter tentauerit cognoscere vxorem ipsius Gugielę, Verum, quod is dell'Orto, vna cum alijs æquitãtibus pro offitio venationum, causa dicti officij iam quærelauerat ipsũ Gugielã de cõtrauentione cridarũ in materia venationis, per quattuor mẽses ante, quo factũ est, vt curia dubitauerit, quærelã ipsius violẽtiæ, attentis etiã alijs indi-

cijs

cijs recensitis, esse falsam; Ordinatum fuit, totum istud negotium Curiæ remmitti debere, quę prouideat, prout magis iustitiæ conuenire videbitur. Poggius Secr. *Meronusnot.*

XXII.

Fiscali Quintio verbum faciente de allegatis per Federicum Cusanum ad demonstrandum non posse contrà eũ procedi occaxione necis Hieronymi Mantegatiæ; Ordinatum fuit, contrà ipsum Cusanum ad vlteriora esse procedendum, non obstantibus per eum deductis. Marchisonius Secr. *Cruceius not.*

XXIII.

I. C. Pio Aduocato Prouicario refferente; Ordinatum fuit, Io. Petrum Plãtanidam, imputatum, quod fuerit author rixæ in qua Pompeius Fatorellus in Ecclesia Sancti Bernardini, propè locum Cassiani, interfectus fuit, de cuius etiam homicidio grauatus remansit ipse Plantanida, super dicto homicidio, benè torquendum esse, & vbi nihil emergat, ratione rixæ de qua author fuit, in scutis quinquecentum fabricæ nouorum carcerum applicandis, cõdemnandum esse; Cæsarem verò Abbiatum, super illatis Pompeio vulneribus, postquàm ictu scloppi cõcidit, benè rorquendum, & vbi nihil emergat, ratione assistẽtiæ, in scutis centum applicandis, vt suprà, condemnandum esse, Bimium deniq; super assistentia ad dictam rixam, & alijs sibi impictis, torquẽdum esse, & vbi nihil emergat, rebus stantibus, absoluendum. Marchisonius Secr. *Peregus not.*

XXVII.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Franciscũ Aiardum filium Falconis, collateralis Ciuitatis, imputatum de delatione clypei, & Blasphemiarum, & de insolentijs

lentijs commiſſis in domo mulieris, non ſatis bonę qualitatis, ac famæ; attenta remmiſſione ei facta per quærelantem, & longa carceratione, ſecuta ad inſtantiam patris, tribus ictibus funis publicè plecti debere, tùm relaxari cùm præcepto in faciem, de benè viuendo, & incúbendo alicui exercitio, ſub pœna remi triennalis. Marchiſonius Secr. *Peregus not.*

1599. de Menſe Decembris.

I I.

CApitaneo Archinto verbũ faciente de Io. Cagnotto Veronenſe, qui faſſus eſt, ſe contuliſſe ad hanc Ciuitatem de mandato Co. Camilli Malpaghæ, vt inſeruiret Co. Theodoro Triuultio, pro traſone, ſeu brauo (vt vulgò dicitur) & quod dictus Comes recuſauit eius ſeruitutẽ; Ordinatũ fuit, ipsũ Cagnottũ eijci debere, cùm præcepto in faciẽ, de non inferendo amplius pedẽ in dominium, ſub pęna remi triennalis. Beſutius Secr. *Manzonus not.*

I I.

I. C. Pio Aduocato Prouicario refferente; Ordinatum fuit, Seſinum, imputatũ de fractura carceris, appellati, la Viſtarina, tribus ictibus funis publicè plecti debere. Beſutius Secr. *Veranus not.*

I I.

I. C. Pio Aduocato Prouicario verbum faciente de Io. Petro Plantanida, quem Senatus Excellentiſs. mandauerat benè torqueri ſuper homicidio in perſonam Pompei Fatorelli ſecuto, & vbi nihil emergat, condemnari in ſcutis quinquecentũ, relatiſq; medicorũ atteſtationibus, ſuper eo, quod nulla poſſit ei tortura inferri, attenta fractura venæ in ſtomaco; Ordinatum fuit, in ſcutis tercentũ ap-

plicandis

plicandis constructioni Auditorij in aula magna Senatus, loco torturæ, condemnandum esse. Besutius Secr. *Peregus not.*

I I.

I. C. Pio Aduocato Prouicario refferente; Ordinatum fuit, Pompeum Mazuchellũ, appellatum, el Cantarino, imputatum de assassinio commisso in personam P. Pauli Vicecomitis pro quo tortus fuit adhibito taxillo, & nihil emersit; Item de otioso, & quod contrauenerit præcepto de non defferendo arma, trienniò remigare debere. Besutius Secr. *Cruceius not.*

I I I I.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Pompeiũ de Pierijs, imputatũ de percussionibus propriæ eius matri illatis, nõ obstante remmissione ei facta per matrem, tribus ictibus funis publicè plecti debere, tùm relaxari, cum præcepto in faciem, de benè viuendo, & non accedẽdo ad domũ matris, ipsa inuita, sub pœna remi triennalis. Besutius Secr. *Grattarola not.*

I I I I.

Capitaneo Archinto verbum faciente de Io. Petro Ascona, imputato de attentata sodomia, de brauo, & de otioso, de quibus ex ordine Curiæ fuerat reus constitutus; Item de mandato dato ad occidendum Iulium Salam, quia ei impedimẽto esset, ne commodè versari posset cùm puero, quem ipse Ascona amore prosequebatur; Ordinatum fuit, ipsum Asconam, etiam de mandato dato ad occidẽdum dictum Iulium Salam, esse reum constituendum. Besutius Secr. *Ortus not.*

I X.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Io. Angelum de Borlerijs, imputatum de dolosa negotiatione cũ

M diuersis

diuersis facta, sub nomine Antonij de Cribellis eius Domini, tribus ictibus funis publicè plecti debere, nec relaxari, nisi satisfactis quærelantibus. Ghilinus Secr. *Ortus not.*

I X.

Capitaneo Archinto refferente statū causę Baldessaris Martelli, cōdemnati in pænam remi quinquennalis, in contumaciam, ex causa homicidij per eum patrati in rixa cum scloppo ab igne in personam Alexandri de Donatis, de loco Coazani, occasione cōtentionis, & digladiationis secutæ inter homines loci Coazani, & loci Vigani, ex causa tripudij; Ordinatum fuit, ipsum Martellum quinquenniò remigare debere iuxtà condemnationem alias factam per Senatum. Ghilinus Secr. *Vallius not.*

Ad remū .1.

I X.

Capitaneo Archinto verbum faciente de Cæsare Abbiato, quem Sen. Excellentiss. iussit benè torqueri super homicidio patrato in personam Pompeij Fatorelli, & vbi nihil emergat, condemnari debere in scutis centum, applicandis fabricæ nouorum carcerum, & quod ex attestationibus chyrurgi compertum fuit eum habere principium herniæ, sed non tale, vt non possit torqueri sine squassatione; Ordinatū fuit, sine squassatione, in suspēso teneri debere, arbitrio Curiæ. Ghilinus Sec. *Peregus not.*

X I I I I.

Syndicatore Vicarij Iustitiæ refferente; Ordinatum fuit, Antonium Cigalā, imputatum, quod præpostera libidine cognouerit Bartolomeum de Bindis, diligenter in tormentis interrogandū esse, & vbi nihil emergat, dimmittendum. Saccus Secr. *Veranus not.*

X I I I I.

Capitaneo Archinto verbum faciente de inquisitione for-

mata

mata contrà Andream Castellioneum, appellatum, Fráciscum, filium Mag. Senatoris Castellionei, enunciatum in ipsa inquisitione, alias Monachũ ordinis Sancti Francisci Mediolani, imputatum de explositione scloppi facta, precedēte inimicitia, in personam Io. Baptistæ Gandulphi; Ordinatum fuit, supersedendum esse ab vlteriori condemnatione, donec adhibita omni possibili diligentia, certus esse possit Senatus, de statu ipsius Castellionei, verum interim non esse retardandum processum, quoad alios complices. Saccus Secr. *Meronus not.*

XIIII.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Belicardum Castaneam, assertum familiarem Co. Sancti Secundi, repertum noctis tempore cùm sagulo malearum, ense extrà Zonam, & Styletto prè manibus, quod ipse negat detulisse, cùm de alijs habeat licentiam super delatione dicti styletti torqueri debere, & vbi nihil emergat absolui. Saccus Secr. *Valla not.*

XIIII.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Dominicum Lopez Hyspani, filium, imputatum de robaria ad stratam in præsenti Ciuitate facta, pro qua tortus fuit, & nihil emersit, rebus stantibus, absolui debere sub duplici fideiussione; Vna de benè viuendo, altera de non offendendo quærelantem, quod si primam prę stare nequiuerit, dimmittatur cùm simili præcepto in faciem, sub pæna remi triennalis, si verò secundam præstare non poterit, exulet trienniò, sub pæna remi triennalis, vbi pedem intulerit. Saccus Secr. *Meronus not.*

XV.

Capitaneo Archinto refferente; Ordinatum fuit, Andream Sommam, Io. Paulum Nauam, & Nicolaum Horum-

bellum,qui fassi sunt duas robarias ad stratam per eos factas,eodem die, & eodem ferè instanti,valoris in totum libr. nonaginta in circà,furcis suspendi debere, ità quod moriantur,& eorum bona Reg.Fisco applicentur,solutis prius damnis,& expensis partibus aduersis, & ità quod denuntiata eis morte,benè torqueatur super alijs, & complicibus,& habeantur pro repetitis, & confrontatis quoad omnes per eos grauandos. Saccus Sec. *Peregus not.*

Furcis suspēsi cùm confiscatione bonorum 3.

XVIII.

Syndicatore Vicarij Iustitiæ refferente; Ordinatum fuit, Baptistam Brunatum, publicum seruitorem,imputatū de falsa relatione,duobus ictibus funis publicè plecti debere,eiq; inhibēdum esse offitium nuntij,per biennium, & vlterius ad arbitrium Senatus,sub pœna Sen.Excellen. arbitraria. Saccus Secr. *Vallius not.*

XX.

Capitaneo Archinto refferente processū agitatū in Ciuitate Laudæ,contrà Stephanum de Bustis, & P. Paulum Mediolanensem, imputatos, quod dum cubarēt in hospitio Simiæ,in dicta Ciuitate Laudæ,obseruassentq; locum in quo in eodē cubiculo, Antonius de Farinis, Placentinus, in sero vestimenta sua reposuerat,surgentibus ipsis ante diem, illa induerint, derelictis quibusdam vestimentis dicti P. Pauli lazeratis, quo factum est, vt in contumaciam in pœnam furcarum condemnati fuerint,mox admissi ad nouas deffensiones; Ordinatum fuit, Stephanum de Bustis,attentis deffensionibus per eum factis, & rēmissione habita, prædicta de causa, amplius molestari non debere. Petrum Paulum Mediolanensem,tribus ictibus funis publicè plecti debere, mox nō relaxari, nisi satisfacto querelante de omnibus damnis, ac expensis. Landrianus Secr. *Grattarola not.*

XX.

X X.

Capitaneo Archinto verbum faciente de imputationibus datis Frácisco Pallauicino, appellato, il Zauaino, videlicèt prima, de participatione, instigatione, & auxilio dato Francisco, & Stephano, fratribus de Porris, circà mandatum per eos datum Francisco Carcano ad occidendũ Io. Antonium Porrum fratrem prædictorum de Porris, & Franciscum Mariam Meronum, eius procuratorem, super qua tortus fuit adhibito taxillo, & nihil emersit; Secunda, de conuersatione cùm bannitis, & eorum receptatione; Tertia de homicidio per eũ patrato in personam cuiusdã brixiensis, qui asserebatur esse ex dictis bannitis; relatosq; statu dictorum processuum; Ordinatum fuit, vnico contextu de omnibus relationem fieri debere, retento interim ipso Zauaino. Landrianus Secr. *Ghisulphus not.*

X X I X.

